



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Chrysostomvs, Sive Idea. Liber Decimvssextvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)



CHRYSOSTOMVS, SIVE IDEA.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

PRAEFATIO.



Atis multa, vj arbitror de
vtraque eloquentia dixi-
mus, & ipse qui opere pas-
ci videbatur animus, post
variorum sermonum cur-
ricula portum quærit, in
quo suavius, & gloriosius
conquiescat: Nullus au-
tem commodior visus est, quam si tuis auspi-
cijs inchoatum, hoc quicquid est operis (ô
merito inter Sanctos eloquentissime, & inter
eloquentes sanctissime Ioannes Chrysostome)
per tuas laudes absoluerem. Quamquam quid
dixi nemo est qui tuarum laudum partem com-
plecti possit, tam angustijs humanæ mentis,
& eloquentiæ limitibus, nisi tu fluminis illi-
us aurei titulos, qui ex tuo beato pectore tam
fœliciter emanarunt, præfens, & propitius ef-
fuderis. Itaque te ostendam tibi in hac arce
cœlestis eloquentiæ constitutum, non meis
quidem lineamentis, sed tuis coloribus, quos
in hanc usque posteritatem transfusos sæcu-
lorum mirabitur æternitas. Habent hoc ab ar-
te nonnunquam, lærei parietes, vt induci te-
storio, varijsque picturis collustrati fulgeant,
& quod à natura denegatum est nitore, & ga-
ria, hoc artis opera consequuntur. At vero
nobiles marmoris crustæ, quas suis ipsa colo-
ribus, & ornamentis natura rerum parens de-
corauit, proprijs emittunt opibus, nec inge-
nitam pulchritudinem falso quodam gloriæ
simulachro mentiuntur. Ita profecto magna
illius tuæ mentis virtus in tam illustri loco,

in tam nobili præclarissimorū ingeniorū ma-
numento condita est, atque collocata, vt ipsa sã
suis diuitijs ostentet, & oratorum potius ob-
ruat industriam, quàm ab oratione mutuetur
aliquid nouæ commendationis.

Tu igitur cœlo recepta Mens, hunc postre-
mum laborem, qui ad te vltro decurrit, quia
tuus est, in tuam tutelam asserere, & vniuerso
operi fœlicem quam potes coronidem impo-
ne.

Character grauis conciona- toris.

CAPVT I.

Antequam ad virtutes Chrysostomi de-
ueniam, quem instar omnium esse osten-
dam, visum est aliquot *Nota*: siue formas
sacrorum oratorum, qui in vario genere
floruerunt, commemoratis etiam qua virtu-
tibus aduersari solent vitijs exponere, quo
plenior sit rei totius intelligentia. Grauis igitur
plerumque talis est. Mentem habet excel-
sam, & magnarum rerum cogitationibus ex-
aggeratam, nihil in eorum simile, fractum, demis-
sum, longe est ab aulicarum assentationum
ingenio, calliditatem, & versutis in pectoris
lubricos flexus auersatur, raro perit, rarius pre-
hensat, rarissime blanditur, nunquam adula-
tur. In conuictu non est demisse comis, aut
vultu sapiens renidens, sed plenus maiestatis, ser-
mones infert de rebus magnis, vel si de paruis,
& ex

& exilibus dicat, conuertit ad magna. Vix otiosum quidpiam dixerit, non quaerit quae fuerit hoc anno hyems Italiae? an cura futura sit annonae? Quid dicant Selenodromiosum prognostica, futuros ne morbos, aut fore no nocituros imbres pronuncient? Quid noui portet Gallicus Mercurius, & an se moueant Heluetij? Hinc, & similia narrationum genera, quae apud graues personas putida sunt, naufraganti stomacho repudiat, & continuo de rebus diuinis, temperate tamen loquitur. Atque ut est magnae auctoritatis, sermones, & mentes hominum, quod vult rapit, & in omni cetero non imperio, sed vita atque ingenio dominatur.

Prigritati
& constanti
de laus.

In dictis est vera, exortans in factis, aduersus faceros serius, in improbos asper, ad potentiorum obsequia rigidus, ad dissimulationem parum aptus, ad fomenta cupiditatis hominum ministranda, numquam flexibilis, ad vitia exagrandanda ore, & vultu compositus. Summum enim putat nefas officio vitam anteponeere, & viuendi desiderio honestatem, propter quam vita expetenda est, amittere. Haeret praeterea totus sibi, vel potius origini suae Deo, animum impense colit, in corporis cura parcus est, quam valetudine, non voluptate metitur, in orationibus creber, multus in vigilijs, magnis se non percuris, & cogitationibus distractus, ad summum in promouendo Dei cultu totus.

Haec ferme in priuata vita. In concionibus spirat quam impressis moribus maiestatem. Argumentis delectatur haud probabilibus, sed plane firmis, solidis, & quae sint aeternae veritatis. Omnium inuentionum seminarium habet in sacris litteris collocatum, raro peregrinam doctrinam accersit, aut si quid aspergit, cauere maxime ne offendet, non multa Graece dicit, aut Hebraice, hi historias, imagines, ydola, parabolas, & caetera quae in humaniorum litterarum sunt instrumento, vel valere iubet, vel si quid excidit, contemnendo potius vsurpat, quam offendo. Contra insignes habet ex Prophetis, Apostolis, sed maxime ex Christi Domini sententijs locos, in quibus vim per magna facit, haec expendit, haec inculcat, & quasi malleis eudit, atque imprimi pectoribus, his venatur animos, his impugnat, & tamquam machinis capit. De mysterijs, vita, factis, verbis, & morte Domini frequentissime loquitur, & magnificatissima oratione haec exaggerat.

Loco
omnino
grauis.

In dispositione argumentorum non vult videri Rhetor, de industria tractum, & collocationem obcurat, ut impetu fluere, non curam oleret videatur oratio, maior est enim, quam qui minutis scholasticorum praecipis subiiciatur, artis suspitionem refugit, habet tamen artificium grande, quod pauci sciunt, sed quae hominis ingenium nouere melius animaduertunt. Genus dicendi sequitur non verbis volucris, & incitatum, sed pressum, acre, seuerum, sententis adstrictum. Consulto fugit sensus sculpro, amabiles, & laeuosolus, vernantes figuras, & delicatiorum verborum violas, tum spissos, & productos exitus, tum orationem numerolis legibus, circumscriptam ferre non potest, saccum potius indueret, aut cymbalis perfonaret, quam se vinceret necessitate sermonis certo quodam tinnitu pueriliter exultantis. At si quae sunt graues sententiarum figurae, quae dicentis libertatem expronant, quae iubent, quae castigant, quae exerceantur, has lubentius arripit.

Luctatur crebro cum vitijs, crebrius etiam cum fidei hostibus congredditur, & in hoc dicendi argumento regnat, docet acere, pugnat acriter, potentissime conuincit, insectatus generose, & iubet, & omnia quasi ex tripode loquitur. In gestu saepius est sedatior, nisi res aliter postulet, multum tamen se commouere non putat esse grauitatis, quod si his virtutibus statura quoque corporis proceras, & aeres oculi, & maiestas incessus, & sparsi iam aliquot temporibus cani accedant, naturam dixeris ad cumulatum operis perfectionem fuisse velificatam.

Afferantur Exempla istius grauitatis, & expenduntur.

CAPVT II.

MULTA passim huiusmodi stylo conscripta occurrunt in sanctorum Patrum libris, non omnes tamen in eo dicendi genere pares fuere, sed alij remissius videntur habuisse, pro varia ferebant hominum ingenia. Inter Graecos Athanasius maxime grauis est, cuius ut vita fulgur, sic oratio fulmen extitit, minus naque floris habet, quam caeteri, minus oleret scholae delicias, quam

Athanasius
grauitas.

Dddd 3.

Diuus Gregorius Nazianzenus, Basilus, Chrysofomus, habet tamen orationem grandem, & suo animo parem.

*Arbana-
fuis inuo-
cat animā
Pauli.*

Talia sunt ista in Apologia ad Constantium, ubi orationem orsus ipse dem verbis, quibus Diuus Paulus apud Agrippam Regem, in ipso limine beatam illam Apostoli animam inuocat, quem intercessorem pro se haud Imperatorem fieri cupit, quod & ipse veritas sit praeo, & à Christiano Principe, tantas Christianorum Princeps audiri mereatur. Haec ante non vixit, & tragicè extulit, sed praesens, & grauius; nam statim post sancti Pauli verba, percommodè subiicit, *Siquidem Beati Pauli verbis vixit, illum apud te meum intercessorem facio.* In hoc autem argumento, & in alijs, vbi cumque potest, sacras historias aspergit, aut sententias, vt totus videatur se ad hanc palastram conformare.

*In Apologia
ad Constantium.*

Deinde hoc, quod sequitur, quàm generosius spiritus! ubi calumniam de traducto apud Constantem fratrem Imperatore Constantio refellens. *Pudet (inquit) reuera vel diluendo de ista re mentionem facere. Quapropter ne alijs quidem percunctantibus respondere velim, ne iterum, dum excuso me, suspicionem animis relinquam.* Num putes videre te Leonè à turba canum circumuentum, quos ne dignatur quidem suae generositatis memor aspiciere. Mox ad ipsam conuersus Principem. *Tua autem pietati magna, & clara voce respondeo, manuque extensa quod dici ab Apostolo, Deum in meam ipsius animam testor.* Videant illi qui epus Demosthenis mirantur, num & hic nihil habeat grauitatis.

*In Apologia
de fuga sua.*

Et cum Ariani illi fugam, & timiditatem obiecerent, quanta generositate ostendit, oportuisse igitur se, si ex istorum sententia magnanimos fieri voluisset, Arianam crudelitatem expleuisse suo sanguine, & quod languorem animi alijs abijciant, non studiosi virtutis, sed auidi cruoris, non ipsi quidem fortes, sed in ferina saeuitia leporibus timidiores.

Tum ibidem cum insectatur Arianorum vitia, non conuiciatur muliebriter, sed aert flagitia magna, & nimis testata. Postremo illud subiungit, *Singuli igitur singulis vitijs excellunt, vna tamen omnibus in genere, & communis macula est, quod pro heresi sua, belloq; in Christum, non Christiani amplius, sed Ariani appellantur.*

At vero cum istam sanctissimam tragoe-

diam describit per fecleratissimum Georgium De perse in Ecclesiam inuectam, narratio plena est cur. ad Or. grauitatis, & horrois, nihil habet ambitio- the dexa. sa, & diffusae amplificationis, Ibi Virgines intaminatae nudantur, Monachi pedibus obtiti animam efflant, subijciuntur seruilibus flagris matronae, sacri baptismi fontibus iniiciuntur flammæ, aues & nubes pineae inter effusam improborum laetitiam, Ecclesiarumque vastitatem, idolis immolantur, quæ ille sine multa augeat sanctè, & grauius deplorans, longè magis credibilia facit.

*Cypriani
grauius.*

Inter Latinos magnam habet dicendi grauitatem sanctus Cyprianus, qui profecto mihi videtur post illam ad Danatum epistolam mollioribus adhuc luxuriantem cincinnulis omnes dicendi Veneres abiicisse, totumque se ad leaerius dicendi genus climasse. Nam ista quæ dicta sunt contra mulieres in balneis diuersantes cuius spiritus sunt?

*In aduentu
balneae, ex
D. Cyr. ad
discip. &
hab. Virgin.*

Quid verò quæ promiscuas balneas adunt, quæ oculis ad libidinem curiosis, pudori ac pudicitiae corpora dicata prostituunt, quæ cum viros, atque à viris nudæ vident turpiter, ac videntur, nonne ipsæ illecebram vitijs præstant? nonne ad corruptelam, & iniuriam suam desideria præsentium sollicitant, & inuitant? Viderit, inquis, qua illuc mente quis veniat: mihi tantum reficiendi corpusculi cura est, & lauandi. Non te purgat ista defensio; nec lasciuia, & petulantia: crimen excusat, Sordidat lauatio ista, non abluit, nec emundat membra, sed maculat.

*Cypr. am-
plificat. sunt
graues &
genit. Velli-
canti ista
verbo, &
mulum
habens
perpetuati-
Notum He-
rodoti di-
tum.*

Impudicè tu neminem conspicis, sed ipsa conspiceris impudicè: oculos tuos turpi oblectatione non polluis, sed dum oblectas alios, ipsa pollueris. Spectaculum de lauacro facis: theatro sunt foediora quò conuenis, verecundia illic omnis exiit, Simul cum amictu vestis, honor corporis, ac pudor ponitur, denotanda, & contrectanda virginitas reuelatur. Iam nunc considera, an cum vestitæ, verecundia sis inter viros, talis, cui ad inuerecundiam proficit audacia nuditatis.

*Qua à Xp-
tami uol-
tu, & omni-
sua, & r-
ad à yv-
d-
p-*

Sic ergo frequenter Ecclesia virgines suas plangit, sic ad infames earum, ac detestabiles fabulas ingemiscit, sic flos virginum extinguitur, honor continentiae ac pudor ceditur, gloria omnis, ac dignitas profanatur. Sic se expugnator inimicus per artes suas inserit: sic insidijs per occulta fallentibus diabolus obrepit: sic dum ornari cultius, dum liberius cuagari virgines volunt, esse virgines

deci.

desinant, furtiuo dedecore corruptae, viduae antequam nupte, non mariti, sed Christi adultere, quam fuerant proxiis ingentibus virgines destinate, tam magna supplicia pro amissa virginitate sensura.

Mihi vero videtur quot verba, tot spargi fulmina, sensus sunt grandes, & heroici, *Ut prodidat lauacro ista non abluit, & spectaculum, de lauacro facit.* Deinde, sic ergo frequenter Ecclesia Virgines suas plangit, sic ad infames varum, ac detestabiles fabulas ingemiscit, & eum dixisset. *Illic omnis exiuit cum amictu vestis,* non addidit referri hoc ab Herodoto, historiae libro primo, & dici in persona Gygis, de vxore Candaulis Regis, & sic in Graeco haberi, *αυα δε χιτωνεξδουπησ ουπεδ βετα, & τησ αμικτω γωνη.* Tum Dionysium Halicarnassensem, in libro *περι ουδενων οροπων* hanc Attico stylo reddidisse, cum ab Herodoto Ionice conscripta essent. Hae enim omnia dicendi grauitatem attulissent, & ex Episcopo fecissent sophistam.

Generosa praeterea sunt insectationes, *Impudice tu neminem conspicias, sed ipsa conspicere impudice.* Et si quae sunt (qualis est ista) figurae dictionis, auant sine vlla affectione, *vt, quae cum viros, atque a viris nuda videntur, turpiter, ac videntur.* Tum verba grauius anhelata, vt pro Virginitatem produnt. *Pudori, ac pudicitiae dicata corpora prostituntur,* & reliqua proflus similia.

Augustini Inueniuntur etiam pleraque apud Diuum Augustinum grauius, & Augustinum grauius dicta, vt de filio matrem pulsante a Donatistis baptizato. *In matrem sanguinem fremens albis vestibus candidatur: caditur mater carnalis, in membris quibus genuit, & pauit ingratum.* At vero Ambrosij dictum ad Calligonium, num videtur ex alta quadam mente, & his generositatis grauius, & praesidijs instructa fluere. Cum enim hic aulicus impius satelles audaciae dixisset. *Tu me viuo contemnis Valentinianum, caput tibi auferam, & vitam. Retorsit vit sanctus digna Ambrosio vocem. Peinam impleas, quod minaris. Ego lubens patiar, quod Episcopi, tu facies quod speras.* Sed tamen Ambrosius, & Augustinus in hoc genere conuicatorio, plus habent nonnunquam suauitatis, & maiestatis, quam praesae acrimoniae.

Palladius Magnus quoque ille Antonius licet istius in Lausiacis, factae experte eloquentiae, augustae cuiusdam grauitatis, in suis sententijs reliquit vesti-

gia, qualia sunt ista, quae Eulogio consulenti respondit. Is quippe mutilatum, pauperem, & omnino ope destitutum domo exceptum per quindecim annos indulgentissime aluerat, a quo homine scilicet ingrato contumeliis indignissimis vexabatur, quibus permotus quasi ab illo Magno, an mutilatum abiceret. Tum Antonius. *Abicias tu eum Eulogia: quae eum creauit non abiecit, si tu abieceris. Deus sufficit tibi te meliorem, qui eum colligat.* Deinde ad mancum, maledicum conuersus. *Mutilare, maculare, caelo & terra indignum, non cessas, cum Deo pugnare, &c.* quibus vocibus ambos quasi fulmine affatos dimisit.

De alia specie grauitatis, qua maiestas dicitur.

CAPVT III.

Est & alia species grauium, qui in eo quidem cum prioribus conueniunt, quod leuia quaeque, & friuola, declinent, spiritus habeant rerum altissimarum, iisque lubenter innutrantur; Sed in eo differunt, quod alij plus habeant siccitatis, & ad palis generis. Itaque amant argumenta splendida, grandia, sublimia, dicunt rationibus, non modo solidis, sed quod magis delectat speciosis, nec praesae quidem, & subtiliter, & enucleare, sed amant circuitum, & pompam, ab omni tamen redundantia, & affectatione seruictam. Doctrinam nec ostentant puerliter, nec premunt obscure, magnas habent orationis diuitias, sed sine fuce habent, thesaurum sapientiae, sensus dices, verba grandia, tractus lenissimos, figuras dignitate magis quam venustate decoras.

Ad summum mihi videntur quasi eximia magnitudinis balenae ferri tranquillo mari, secumque longos aquarum tractus, & flexuosos reciproantium vndarum vortices agere. Talis est nonnunquam Diui Chrylostomi stylus, vbi ab illo populari sermone leniter affurgens vibrat se in altam mysteriorum caliginem, & arcana quadam Theologiae grandiore stylo prosequitur. Talis Diuus Gregorius Nazianzenus, vbi de Deo, & sacrae doctrinae maiestate verba facit, orationemque, non iam praesae, & adstrictam, sed paulo uberius explicatam fundit.

S. Antonij admirabilis grauitas.

Grauitas in Xpo qua?

Seca

Sed maximè excellit Diuus Dionysius A-
peoragita, qui profectò totus in istis diuinæ
naturæ nominibus perferendis defixus, &
splendidissimarum rerum perfusus cogitatio-
nibus, incipit

Ad aliorque uideri

Nec mortale sonans.

Quo enim genio hæc dicit:

*Dionys. A-
peor. de di-
uin. nomi-
nib. c. 4.*

Αλλ' ὡς περ ἡμᾶς ἐν μέσῳ παραδραμῶν
διαπέφυγε, καὶ τ' ἡ' αἰθριανῶν ἀρχῶν, καὶ
ἀποπερατώσεων αἰτία, τ' ἀγαθῶν, τῆς ἀ-
ναύτης, καὶ ἀμενῶν, καὶ δὲως ἀναλλοιώτῳ ταύ-
της τῆς οὐσίας, καὶ τῶν ἀφύφων ἐοῦτα χρῆ-
φάναι, τῆς παρμεγέθους οὐρανοσπορίας κινή-
σῶν, καὶ τῶν ἀσφῶν τάξεων, καὶ εὐπρεπειῶν,
καὶ φάτων, καὶ ἰδρύσεων, καὶ τῆς ἐπίαν ἀσφῶν
μεταβατικῆς πολυκινήσιας, καὶ τ' τῶν δύο
φωσφῶν, οὗς τὰ λόγια καλεῖ μεγάλας, ἀπὸ
τῶν αὐτῶν εἰς τὰ αὐτὰ περιοδικῆς ἀποχε-
τασάσεως, καὶ δ' ἄς εἰ παρ' ἡμῶν ἡμέραι καὶ νύ-
κτες ὀριζόμενοι, καὶ μῆνες, καὶ ἐνιαυτοὶ μέγ-
εμοί, τὰς τῶν χρόνων καὶ τ' ἐν χρόνῳ κυκλικῶς
κινήσεις ἀφορίζουσι καὶ ἀριθμοῦσι, καὶ τάξουσι,
καὶ σιωτῶσι.

Auditis hic bonum quod principia, sine-
que rerum caelestium complectitur, bonum
sine incremento, sine diminutione, sine mu-
tatione, bonum à quo uniuersa caelestium or-
bium conuersio, & astrorum leges, & pulchri-
tudo, & lumen, & stabilitas, & multiplices
cursus errantium stellarum, & solis, ac lunæ
reciproci circuitus, quibus dierum, & nocti-
um curricula definiuntur, & menses, & anni,
sua per vestigia redeuntē temporum vicissi-
tudines describuntur, ordinantur, continen-
tur.

Ego Græca intelligentibus loquor, neque
enim illa vis uerborum n. faris commodè lati-
nis auribus potest explicari, & puro multum
Dionysio detrahi, quoties latine redditur ad
uerbum. Num uidetur hic de Deo, & pulcher-
rimo eius officio uerba faciens, quasi Aquila
ex hominum conspectu subductus, con-
tentissimo uolatu se in altas nubes induere,
& illic inter fulminum iactus, inter nives, &
grandines ludere, mox inter stellas spatia-

*Dionys. An-
gelus loquens
à turbino.*

Verum ubi Triadem illam speculatur, ubi
de uerbo diuino diserit, & mysteriorum di-

uinorum maiestatem depingit, non iam est a-
quila, sed Angelus quispiam loquens è turbi-
ne, aut ut Elias, igneo curru deuectus, supra
nubes, & pluias, & ventos, & quicquid mora-
tale est, audacissimo nisu confurgit, ut:

Κατὰ τὸν αὐτὸν ἡ ἀληθείας λόγον ὑπερ- *Idem de di-*
καίται τ' αἰθριῶν ἢ ὑπερῶσι *αοριστία, καὶ τ' uinis nomi-*
νοῶν ἢ ὑπερ νῆμ ἐνότης. καὶ πάσαις διανοίαις *nib. c. 4.*
ἀδιανόητόν ἐστι τὸ ὑπερ διάνοιαν ἐμ, ἀρή-
της τελόγου παντὶ, τὸ ὑπερ λόγον ἀγαθῶν, ἐ-
νας ἐνοσωοῖος ἀπάσης ἐνάδ *αο*, καὶ ὑπερῶσι *αο*
οὐσία, καὶ νῆς ἀνόητ *αο*, καὶ λόγ *αο* ἀρήτ *αο*
ἀλογία, αἰοσισία, καὶ ἀνωνομία κατὰ μῆδεν τ'
δντων αῦσα.

Quæ est illa substantiarum super omnem
substantiam immensitas, unitas mentium su-
pra omnem unitatem, unum illud nullo qua-
tuscumque sit intellectu comprehensum, sed
quod nec comprehendi potest, nec oratione
explicari, utpote supra omnem orationem
constitutum unitas uinculum omnis unita-
tis, supersubstantialis substantia, intellectu
inuestigabilis, uerbum inenarrabile, quod to-
tum hoc absorbet, & rebus omnibus silenti-
um, stuporem, hæsitantiam iniicit. Nonne
uerba ipsa si consideres, diuinum quendam
futorem spirant eloquentiæ.

*De uitijs contrarijs grauitati, ac primùm
de leuitate orationis.*

CAPVT IV.

Hic grauitati contraria est leuitas quæ-
dam styii puerilis, quâ qui laborant, tales
plerumque deprehenduntur. Dicunt argumē-
tis leuibus, & pictorio duntaxat inductis ra-
tionibus, quibus si guttam asperferis, colli-
quescent: si quid minima probabilitate per-
culit animos, hoc statim arripiunt, nec ponde-
rant utrum ceruix capiti, an pes hæreat, ita-
que sæpè suis telis se iugulant. Sectantur v-
bique iucunda, seria nec capere possunt, nec
amare, quærunt aurium lenocinia, carpunt
yndique flosculos, conquisitas aliquot uerbo-
rum uolans ubique aspergunt, & tristia uer-
nanti etiam sermone sæpius explicant. Intru-
dunt uolentas historias, perspergunt omnia
similibus, continuant totas orationes descri-
ptio-

perionibus, immisceant nonnunquam leues sententias, & exclamant in tempore, & perperam vociferantur, & in remissis canunt incitate, & in incitatis languescunt, & ostentatione futilis doctrinae prurunt, & lasciuia tinnitu, & multum nugantur in omnibus.

Is igitur, qui horum vestigijs insistit, talis est, vt non querat graues, & serias ex sacro instrumento, & Patribus rationes, sed putidas quasdam nominum subtilitates, & allegorias, ex quibus leui fundamento inferat noua, & incredibilia, vt nomen sanctissimae Mariae predictum, & expressum ab Isaia, & id probet ex Reuelatore arcanorum, qui Antonio Confuli urbis Romae de Matre Messiae quarenti fertur ita respondisse, prout in spelunca duplici orati Elias reuelauerat.

Quod autem interrogasti, quo nomine Prophetissa vocetur, Maria est nomen eius. Itaque Isaias cecinit, c. 9. מַרְבֵּה חַמְצִיץ *lemarbe hamisra*, quae verba nihil aliud significant, quam ad multiplicandum imperium. Tamen frequenter iterabit *lemarbe hamisra*, nomen esse Dei Matris ex Isaia, & si quis virgeat, & dicat *lemarbe hamisra* significare amplitudinem imperij, non Mariam, faciet anagramma sine lege, & ex decem literis decerpas septem, dicit in *lemarbe hamisra* inueniri מַרְבֵּה, id est, Mariam sacra Mariam Dominam. Quod si quis obiciat duo *he* paru congrue hic mutari licet, *iod*, & interponi *beth*, in *lemarbe*, quod non est in Mariae nomine. Respondebit, Diuisa est *iod* in duo *he*, vt nobis secreta admirabilia panderet, quem admodum enim *he* ex *Dalesh*, & *Vau* componitur in hac figura. Ita Rex Messias componitur ex diuinitate, & humanitate, & sicuti haec duo *he* sunt duo *Dalesh*, ex quibus procedunt duo *Vau*, tanquam duo filij, qui ab ipsis oriuntur, hoc modo מַרְבֵּה: Ita in substantia Regis Messiae inueniuntur duae filiationes: quarum vna est diuinitatis, qua Dei filius est: altera humanitatis, qua erit filius huius Prophetissae. Et sicut harum literarum *Dalesh*, & *Vau*, quae efficiunt *he*, vnaquaeque est ab inuicem distincta, quanquam sit vna litera, sic enim scribitur מַרְבֵּה. Ita in Messia substantia diuinitatis: & substantia humanitatis, quae simul vnite sunt, sunt vnus Messias.

Quod autem *beth* in *lemarbe* positum sit, ostendit huius Prophetissae mentem, & cogitationem omnem esse, vt suam Virginitatem conseruet. Ecce enim virgo parcat, & acta,

quoniam per *beth* בֵּת *bethula*, id est, Virgo significatur: Hec si quis dicat, oracula fortasse apud imperitos dicere videbitur, sed quam leuia sint apud graues viros quis non vider?

Præterea vt is, qui talis est stylo etiam suis sensibus respondeat, aucupabitur argumenta, vbi delicatum florem orationis possit ostentare, & si minimè res postulet: Sed vt pictores imperiti facere solent, quæ sunt in tabula precipuae dignitatis, vt os humanum, aut leo rugiens, aut aper spumans, aut equus pernix, & si quid est simile, hæc parum scitè exprimit, multas autem rosas, & papaueria, & frondes, & nugas tabulae inspergunt; sic iste, quæ in proposita ad dicendum materia, clara sunt, & illustria, nonnunquam omittit, aut parcissimè stingat, totum se autem ad tornandum nihil conferet. Talis est, qui in historia purificationis nihil dicat de Christo oblato, de Virgine offerente, de Simeone, & eius Prophetis sed se in laudem columbarum, quas castissima Maria detulit, totum conijciat, & garras eas habuisse pulchrum colubum, cuius color gratus, & nitor splendens, illucesceret, & contra solis aciem vegetus fulguraret, vel placidus emitesceret, & in contrariam gratiam variaret aspectum, & nunc autem cornicans in mellis lenem deprime-retur umbram, nunc cornina nigredine car-nium videretur. Item in historia passionis opere-rose describat laternam alicuius Iudæi, & dicat fuisse lucem flammis collucentem, & ad accendas ventorum iniurias vndique com-munitum alternis arundinibus, quas peritissi-mus artifex eleganter concinnauit, fuisse vo-lubilem quendam mundum, in cuius medio sidus fulgeret, vnde vibrantes faculae per mul-tifore operculum exilirent, hoc quidem præ-stitit Nonnus Panopolitanus in metaphrasi D. Ioannis his verbis.

Λύχνον ενδομάχων ανεμοσκηπτις αλσος
θειων
Αλσος επερδονακισμ αμοιβαιοισι συ-
νοπιων,
Προνα μεριζομενοις γειων κοκλωσασα
τεκτων,
Απεροεν μιμημα κη ιερομ οξει κος μω
Μεσοφανης οτι λυχνος αμοιζογηος δια
κωλυτου

Εεεε οξ

Oratores imperiti et imperitis peritoribus comparantur.

Maria nomen an expressum ab Isaia?

Ὁὲ φάσιν πολυπλὴν ὑπὸ σκέπαις ἐκποδιπέμνωμεν,

Ἀχροφανὲς σελλάγιζε πολυσχιδῆς, ἀλλόμδρον πύρ.

Sed ingenioso Poetae danda est venia, qui in suo ludit artificio.

De siccis.

CAPVT V.

Oratores siccis qui?

Sunt vero, qui dum istas ineptias religiosius fugiunt, in contrarium vitium Siccitatis defleunt, & in quamdam styli maciem incidunt, quae generosae vbertatis siti totam corrumpit orationem.

Illi igitur toti sunt ossei, nihil adipalis generis, nihil medullarum habent, sed sensus vrecundos, mediocres, attritos; nihil vumquam ingenij colore fundunt audacius, & si quid exiliat statim opprimunt: Nullos laetiores atrectant locos, nihil ex mansuetiorum Musarum condimentis delibant, nihil in eis exantiquis historijs accersitum, nihil ex similitum varia opulencia vsurpatum, nihil ex multiplici scientiarum instrumento affluit. Versantur in sanis quidem rationibus, sed ijs admodum tritis, & communibus.

Praterea tota oratio est considerata, exilis, racticulosa, exanguis, sine colore, sine iuoco, sine ornatu, vix inuenias stimulum, vix illecebram, vix vllam animae fibulam, ex quo vragus & languens auditor ad huiusmodi orationes naufeat. Talia plerumque occurrunt in homilijs scriptorum aliquot Ecclesiasticorum posterioris notae, vt si oratio tota his Druthmari verbis continuaretur.

Loquente Domino turbis salutem animarum, venit quidam Princeps Iudaorum, qui quia sapiens erat in lege, & Archifynagogus, id est Princeps Syaagogae vocabatur, quia in eorum congregationibus propter suam peritiam magister erat: & quia nobilis erat, etiam nomen indicatur ab alijs Euangelistis, dicentibus cui nomen erat Iairus, haec (inquam) oratio quae in rerum minutarum explicacione pedetentim insillit sine sensuum splendore, sine nota recondita, sine delectu verborum,

adhibita deinde modica aliqua paraenesis, aut vitiorum insectatione, & omnia ferme styli narratioo percurrit, sobria quidem est, neque enim iuueniles habet errores audaciae, sed tota siccata est, & exanguis, quam attentio ratio consequitur.

Verum dices, Neque istas orationis quas commemorasti diuitias, inesse primi generis grauibus voluisti, quos tamen nemo non in magnis oratoribus numerat. Fateor equidem tales esse vt ad fecititia consulto fugiant ornamenta, sed habet vim quandam mentis inclutabilem, quae ferit animos ex abdito, & violentum quasi tyrannidis lenocinium in alieno figit pectore.

Itaque miramur, nos si quando huiusmodi oratores audiimus vehementer affici, cum tamen ea quae ipsi dixerunt memoria relegimus, non multas inuenimus Patrum sententias, non subtiles locorum interpretationes, non ex libris incredibilium historias, non tornum, & Myrothecia Rhetorum, sed tamen teneur admiratione oppressi, & quid tantum miremur nescimus, sed hoc magnae admirationis initar est quod nescimus, & certe oportet virtutem esse quandam tanto maiorem, quanto occultior est.

Talem fuisse Demosthenis eloquentiam notavi in superioribus libris ex Longino, multis quidem partibus superabatur ab Hyperide, ornamentis quibusdam, & quasi condimentis eloquentiae, se grauitate, & indomito robore orationis, & ipsum, & omnes absorbebat. Inde plausus, inde hominum admiratio, neque enim caetera animalia quantumuis pulchra, & velocia, & callida tantum admirantur, quantum vnus Leonis maiestatem: sic ista grauiras, etiam leuioribus ornamentis destituta, nuda, & simplex nos vehementius afficit quam caetera.

Hoc autem imperiosum, vt ita dicam, philtum siccis non habent, sed vt veterum illorum, & maxime rudium artificium statuae horrorem quendam incultum, & quasi corporis ossium praefertunt orationis, cui nisi acuos, & succum, & sanguinem, & colorem addiderint, nuaquam ad vllam disendi virtutem efflorescit.

DE

De vehementibus, qui in laudato characte-
re versantur.

CAPVT VI.

Cunctio-
nis vehe-
mentis cha-
racter.

Vehementia est vigor quidam acerrimus
dicendi. V. hementes autem tales ferme
sunt. Affines videntur grauium maxime
primi generis, nam & mentem habent gene-
roso quasi fœtam semine, & in nobilibus de-
sudant argumentis, & sententiarum grauitate
mirifice delectantur: Sed hoc habent præci-
puum, quod commotiores sunt, & verbis
effruecentibus magis volucres. Nec mirum,
nam plurimum habent calidi atque incensi,
suntque natura leonibus perlimites. Non
amant pompam, aut delectas, mollitiemque
sermonis, non lubenter versantur in Pan-
egyricorum floribus, sed toti nati sunt ad pug-
nas; & congressus armorum. Campum au-
tem sibi delegerunt præstantissimum; In eo se
exercent sæpius, sudant alacris, versantur vti-
lius. Illic ut sempiterni Dei equites ignei lu-
cent in coccois, non purpura, sed Dei amore
flagrantibus: Tunc verbi diuini gladio ac-
cincti, pugnant cominus, eminus, ferunt,
amputant, concidunt, & mirificas in illo
quasi Virtutis amphiteatro referunt victo-
rias.

Primum videas eos aliquando in dicendi
principijs exalbescere, dum se parant, & vires
colligunt, & animos exstimulant, mox ubi ef-
ferbuere, tum vultus ardet, tum ignescunt o-
culi, tum vibrant manus, tum rigent etiam
plurimique capilli, ut furentibus apris seræ, tum
vox tonat, tum quot motus corporis, tot tela
sunt.

Fulmina
vehementi-
um oratio-
nis.

Atque ut halitus velox, & inflammatus
in frigida nube fertur, volitat, luctatur, mox
eam, qua parte subtilior est, diffringit, & vasto
impetu labitur in terras: sic in eorum oratione
videntur aliquando verba, & sententiæ trudi,
collidere lentimque inardescere. Vident
omnes arcum intentum, quid feriat expe-
ctant, mox in festo turbine erumpunt sagittæ,
vel potius fulmina, & in quodcumque viti-
um exagitandum se coniecerint, huic ceruicæ
ehidunt, inde trepidant, queis frigida mens est
oratoribus, & paleat, & conueniat, tan-

quam ad fulgura: sæpe etiam aliquos ad hanc
orationis vehementiam, cum amplius ferre non
possent, tanquam sagittis confixos ingemuisse;
Alios dolore, quem ex flagitijs conceperant,
eodem temporis vestigio exanimatos patet
marant historiarum.

Hanc vim tantam, & tam acrem non Mar-
tis rutilus fulgor, sed Dei mouentis spiritus
accendit, famulatur autem natura acris, & ve-
lox, & vilius, qui plus habeat horrois,
quàm suauitatis, & vox plena, & firma latera,
& micantes oculi, & totum actionis pon-
dus, congruunt etiam verba velocius vibra-
ta, sententiæ fortes, generosæ, vellicantes,
figuræ non molles, & delicatæ, sed asperæ,
& treces, ut sunt exclamationes, imprecations,
ex-
ecrationes, comminationes, & cætera id ge-
nus.

Ex multis exemplis deligam vnum, & alte-
rum ex D. Cypriano. Primum est quo crimen
Apostatarum, qui idolis immolarant, insecta-
tur his verbis.

Exciderunt quibusdam pro nefas, omnia,
& de memoria recesserunt. Non expectauerunt
saltem, ut interrogati negarent, ut thus accen-
derent apprehensi. Ante aciem multi victi,
sine congressione prostrati; nec hoc sibi reli-
querunt, ut sacrificare idolis viderentur inui-
ti. Vitro ad forum curere ad mortem sponte
properare; quasi hoc olim cuperent, quasi
amplecterentur occasionem datam, quam tem-
per optassent. Quid illi, qui a magistratibus
vespera vigente dilati sunt? quod ne eorum
differerentur interitus, etiam rogauerunt? quam
vim potest talis obrendere, qua crimen suum
purget; cum vim magis ipse fecerit, ut periret?

Ex D. Cypri-
ano lapsit.

Gravis o-
ratio.

Nonne quando ad capitolium sponte ven-
tum est, quanto vitro ad obsequium diri fa-
cinoris accessum est, habuit gressus, caligauit
alpecius, tremuerunt viscera, brachia concidi-
derunt? Nonne sensus obstupuit, lingua hæsit,
sermo defecit? stare illic potuit Dei seruus,
& loqui, & renunciare Christo, qui iam Dia-
bolo renunciarat, & sæculo? Nonne cara illa,
quo moriturus accessit, rogus illi fuit?

Hec inflans
et vibrata.

Similis
plena maie-
statis.

Nonne Diaboli altare, quod fœtore tetro
fumare, ac redolere conspexerat, velut fun-
nus, & bustum vitæ suæ horrere, ac fugere
debebat? Quid hostiam tecum miser, quid vi-
ctimam supplicaturus imponis? ipse ad aras
hostia, victima ipse venisti, immolasti illic sa-
lutem tuam, spem tuam, fidem tuam, tuæ fidei
illis ignibus concremasti. Ac multis pro-

Ecce 2 gnos

Sensus egre-
gij, & ubo-
res.
 3. Cypriani.
 prius interitus ſatis non fuit : hortamentis
 mutuis in exitum ſuum populus impul-
 ſus eſt: raris inuicem letali poculo propinata
 eſt. Ac ne quid deſſet ad criminis cumulum,
 infantes quoque parentum manibus vel impo-
 ſiti, vel attriti, amiferunt paruuli, quod in pri-
 mo ſtatim natiuitatis exordio fuerant conſe-
 cuti

Nonne illi cum iudicij dies venerit, dicent:
 Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & pocu-
 lo, Domini ad profana contagia ſponte prope-
 rauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes
 ſenſimus patricidas. Illi nobis Eccleſiam ma-
 trem Deum negauerunt, vt dum paruuli, & im-
 prouidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad
 conſortium criminum iungimur, aliena frau-
 de ceperemur? Nec eſt proſ dolor iuſta aliqua
 & grauis cauſa, quæ tantum facinus exculet:
 relinquenda erat patria, & patrimonij facien-
 da iactura Cui enim naſcenti, atque morienti
 non relinquenda quandoque patria, & patri-
 monij ui facienda iactura eſt: vt Chriſtus non
 relinquatur, ſalutis ac ſedis æternæ iactura ti-
 meatur.

Numne ſi benè conſideretur hæc oratio, to-
 ta eſt adamantina? Numne *perrumpere amat*
ſaxa potentius icu fulminis?

Primum quàm grauiter criminis turpitu-
 dinem exponit, & auget ab adiunctis, im-
 putæ operis celeritate. *Exciderunt quibusdam,*
Proh neſtis omnia, & illud, Ante aciem vid, ſi-
ue congreſſione proſtrati, præludit fulmini mox
etumpit, numme labauit graſſus, caligauit aſpe-
ctus, tremuerunt viſcera, brachia conciderunt,
&c Deinde, Ipſe ad aras hoſtia, victima ipſe
ueniſti, immolaſti illie ſalutem tuam, &c Po-
 ſtremo quam aptè facta illa ſermoeinatio par-
 tuulorum apud Dei tribunal lamentantium, ſi-
 bi parentes fuiſſe patricidas, & tenerorū iugu-
 lo nihil commeritorum, feralem ſicam im-
 preſſiſſe.

Alterum exemplum eſt in libro de diſci-
 plina, & habitu Virginum, vbi luxum veſti-
 um, & fucum mulierum carpit non molli
 brachio.

Quis non id excretur, & fugiat, quod alij
 fuerit exitio? Quis id appetat, & aſſumat, quod
 ad necem alterius pro gladio fuerit, & telo? Si
 hauſto poculo moretetur, qui biberat, venenū
 ſcires eſſe, quod ille potauit. Si accepto cibo,
 qui acceperat interiret, ſcires eſſe letale quod
 acceptum potuit occidere, nec ederes inde, nec
 biberes, vnde interiret alios autè conſpiceret.

Nunc quanta ignorantia veri eſt, animi
 quanta dementia, id velle, quod & nocuerit ſe-
 per, & noceat: & putare quod inde ipſe non
 pereas, vnde alios perire cognoſcas? Neque e-
 nim Deus coccineas aut purpureas oues fecit,
 aut herbarum ſuccis, & conchilijs tingere, &
 colorare lanas docuit. Nec diſtinctis auro la-
 pillis, & margaritis, contexta ſerie, & nume-
 roſa compage digeſtiſſis, monilia inſtituit, qui-
 bus ceruicem, quam fecit, abſconderes, vt ope-
 riatur illud quod Deus in homine formauit,
 & conſpiciatur id deſuper quod Diabolus ad-
 inuenit. An vulnera inferri auribus Deus
 voluit, quibus innocens adhuc infantia, & ma-
 li ſæcularis ignara crucietur, vt poſtea de auri-
 um cicatricibus, & cauernis pretioſa grana, de-
 pendeant graua, & ſi nō ſuo pondere, mercū
 quantitate: quæ omnia peccatores & apoſtata
 Angeli ſuis artibus prodiderunt, quando ad
 terrena contagia deuoluti, à cœleſti vigore re-
 ceſſerunt.

Illi & oculos circumducto nigrore fuca-
 re, & genas mendacio ruboris inſuſcitate, & mu-
 tare adulterinis coloribus etiam, & expugna-
 re omnem oris, & capitis veritatem corrupte-
 læ ſuæ impugnatione docuerunt. Et quidem
 iſto in loco pro timore, quem nobis fides ſug-
 gerit, pro dilectione quam fraternitas exigit,
 non virgines tantum aut viduas, ſed & nuptas
 putæ, & omnes omnino ſœminas admonen-
 das, quod opus Dei, & factura eius, & plallica
 adulterari nullo modo debeat, adhibito ſtauo
 colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quoli-
 bet denique lineamen a natiuo corruptum
 medicamine. Dicit Deus, *faciamus hominem*
ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; & au-
 det quiſquæ mutare, & inuicere, quod Deus
 fecit?

Manus Deo inferunt, quando id quod ille
 formauit reformare, & tranſfigurare conten-
 dunt, neſcientes quia opus Dei eſt omne, quod
 naſcitur, Diaboli quodcumque mutatur. Si
 quis pingendi artifex vultum alicuius, & ſpe-
 cieni, & corporis qualitatem ænulo colore ſi-
 gnaflet, & ſignato iam, conſummatoque ſi-
 mulachro, manus alius inferret, vt iam forma-
 ta, iam picta quaſi peritior reformaret, grauis
 prioris artificis iniuria, & iſta indignatio vi-
 deretur. Tu te exiſtimas impune iaturam tam
 improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis
 offeſam?

Vt enim impudica circa homines, & inec-
 ſta fucis lenocinantibus non ſis, corruptis, vi-
 ab.

Sermocina-
tiō paruulo-
rum appoſi-
te facta à
B. Cypria-
no.

Cypriani
hæc oratio
non eſt ſa-
ba mallo,
ſed anima
ta.

Inaurium
luxu caſi-
gatur.

Fucus egre-
gie repre-
henditur.

Gravis &
vehemens
oratio.

A ſimili.

Ex D. Cy-
priano de
diſci. & ha-
bitu virgi-
num.

statisque quæ Dei sunt, peior adultera decine-
ris. Quod ornari te putas, quod putas, impu-
gnatio est ista diuini operis, prauaricatio est
veritatis. Monentis Apolloli vox est, expurga-
te vetus fermentum, ut sitis noua conuersio, si-
cut estis azymi, nam & pascha nostrum immo-
latus est Christus: itaque festa celebremus, no in
fermento veteri, neq; in fermento malitia, & au-
quisia, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

Num sinceritas persequatur, & veritas, quã-
do quæ sinecra sunt polluantur colorum a-
dulterijs, & medicaminum fucis in mendaci-
um vera mutantur? Dominus tuus dicit: non
potes facere ea, i lum unum n'bum, aut nigrum:
& tu ad vincendam Domini tui vocem vis te
esse potiorum.

Animad-
uerie gene-
ris mensis
autimoniam.

Audaci conatu, & sacrilego contemptu
crines tuos inficis, malo præfugio futurorum,
capillos iam tibi flammeos auspicias, & pec-
cas pro nefas, capite, id est corporis parte me-
liore, & cum scriptum sit de Domino: Caput
autem eius, & capilli erant albi velut lana, aut
nix, uti exeratris canitiem delectaris alborem,
qui sit ad Domini caput similis. Non
metuis oro quæ talis es nec cum resurrectio-
nis dies venerit artifex tuus te non recognos-
cat & ad sua prænia, & promissa venientem
re noueat & excludat. Inetepsis vigore censo-
ris, & iudicis dicit: opus hoc meum non est,
nec imago hæc nostra est, cutem falso medi-
eamine posuisti, crimen adultero colore mu-
tasti, expugnata est mendacio facies, figura cor-
rupta est, vultus alienus est, Deum videre non
poteris, quando oculi tui non sunt quos Deus
fecit sed quos Diabolus infecit. Illum tu secta-
ta es, rutilos atque depictos oculos serpentis
imitata es de inimico tuo coarpta, cum illo
pariter & arsura.

Quam grauis, & pugna in initio est hæc o-
ratio. Quis non id exeret, & fugiat quod
alij fuerit exitio: Sed quidem apertis liminibus
euincit. Deinde hoc præclare infertur: Neque
animus Deus coccineus, aut purpureus o es se ut,
quod manifeste expressum est ex Tertulliano.
Magna autem ars in eo est quod in describen-
do hoc muliebri fuce non molioribus vitur
orationis ei acinnullis, ne vim & impressionem
argumentorum delicatæ dictionis aucupijs
infringat. Tandem fulminat hæc oratio. Di-
ei Deus, faciam s' hominem ad similitudine &
imaginem nostram, & audet qui quam mu-
ta o, & inuortere quod Deus fecit: Manus Deo
inferunt, qui id quod ille formauit reformare,

Et transfigurare contendunt. Ad summum illud
quod in extrema posuit ingeniosæ etiam ve-
hementiæ. Malo præfugio futurorum capillos ut
tibi flammeos auspicias.

De lentis, & deformibus quæ vehementia
aduersantur.

CAPVT VII.

Hæc virtuti duo aduersantur vitia, vana
est in defectu, alterum in excessu, lentitu-
do deficit, excedit insana deformitas. Est
igitur lentitudo languor orationis vbi incita-
ta esse debeat, lentus autem talis est qui siue ita
constitutus est a natura, siue ætatis ingrauescē-
tis vitio, refringi sibi stimulos ingenij, ardō-
remque restingui sentit. Itaque tarde res con-
cipit, parum explicite distinguit, minus etiam
feliciter inuenit: Tum subsistit, & in continui-
tate verborum adheret, & multa sæpe
atque amputata loquitur, nec dicendo multo
magis se commouet quam si marmorea esset
statua, nec vultus vllam habet varietatem,
nec micantium oculorum loquentes illece-
bras, nec flexus corporis, nec manus concia-
nam moderationem, quo fit vt ad dicendum
maxime infelix sit, & ineptus. Longè differt à
lenta, sedata illa, & mitis oratio, quæ personas
graues, vt Principes, senes, doctores, superiores
ad summum decet, qui non solent esse com-
motiores in dicendo, nisi argumenti nouitas
aliud postulet, sed ex tranquilla quadam men-
te ponderosam, ac veluti in οὐρανῶν ταραντιν-
ομῶν fundunt orationem. *Vide Senec. epist. 40.*

Contrarij sunt istis omnino illi, quos Di-
uus Augustinus in doctrina Christiana vocat,
vastos, & deformes. Sunt autem ferme valen-
tissimis viribus præditi, lateribus firmis, vo-
ce grandi & messoria, sed parum luani, vt quæ
instar plaustris male delibuti strideat. In quã-
cumque partem se coniecerint sunt motus
impotentissimi, nam spumant, & sudant, &
mugiunt, & tum frontem feriunt, tum pul-
pitum, & omnia corporis membra videantur
velle diuellere, atque in astantes spargere, ra-
piuntur autem ab impotenti equo & plane in-
domito, nec iam sunt sui compotes. Et quia pa-
rum habent sæpe doctrinæ, aut palæstræ, dicunt
Ecccc ; ora-

oratione simulcursis, discreptis sententijs, ditione plebeia, rudi, inquinata, sine vi, sine sale, sine nitore, & nihil magnum habent præter anhelitum. Rari huiusmodi inveniuntur, nisi qui nunquam mitiori schola fuerint dedolati, & se totos naturæ vastitati permisere.

De austeris, quorum character non illaudatus.

CAPVT VIII.

Est & character quispiam austerus, horror scilicet dicendi, & nullis leuioribus decora condimentis accipit. Austerus autem talis est, qui prius in rigorem quandam habet ingenij, quem si nulla mollior imbuat consuetudo, aut disciplina perpoliuit, euadit in quaedam asperitatem humanæ contactu. dini non satis tolerabilem. Est autem is ferme sanctis moribus, amans solitudinis, sibi ipsi atrox, & durus, ad voluptatis blandimenta ferreus, oppressis quadam *anadixia* sensibus, ut, qui vix parabili victu, & necessitate naturæ defungatur. Igitur cum ad hominum vitam, consuetudinemque profuxerit, quasi in alium orbem venerit, terre non potest si quid cupiam humanitus exciderit, sed stomachatur, & vehementer succenlet, & omnia suo ingenio, suæque disciplina metitur. Tum si quempiam ridentem viderit, exclamat ut Abbas ille anonymus in vita Patrum. *Coram oculis, & terra rationem totius vite nostræ didicimus, & tu ridet; & si quis de meo sermone inferat ait, Virtutis cibum esse ieiunium.* Hæc priuatim.

In concionibus, & scriptis, præfert mæstilitiam quandam orationis, & spiritum de morte, & iudicio, & inserit verba facinorosa in vita seuerissimos aculeos dirringit, & nunquam sine querela dicit, si quæ muliercula comit se elegantius, si stridulos habet calceos, si fluentes lacrimas, hoc illi argumentum est, hoc seuerè obiurgat, hoc auget, & exaggerat; tum collapsam eundem dicit veterem disciplinam, exuisse de animis pudorem, de corporibus pudicitiam, & ma summis permixta.

Talis est plerumque Tertulliani stylus nimis atrox, & horridus, ut, qui frangere omnia, non lanæe velle videatur, qua autem austeri-

tate exagitat ornatum mulierem, rectis est. *ber de cultu foeminarum, vbi inter cætera in hæc erumpit.*

Quid criminibus vestris quiescere non licet modo substrictis, modo relaxatis: modo sulcatis, modo elisis? Aliæ gestiunt in cingentis coercere, alia vt vagæ, & volucres elabuntur non bona simplicitate: Affigitis præterea nescio quas enormitates subtilium, atque textiliū capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in ceruicem retro suggestum, Mirum quod contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adijcere posse pronuntiatum est Vos plane adijcitis, ad pondus collyridas quasdam, scutorum vrbilicos, ceruicibus adstruendo. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti: Ne exuias alieni capitis forsitan immundi, forsitan nocentis, & gehennæ destinati, Christiano capiti supparet. Deinde,

Atque vtinam miserimus ego, in illo die Christianæ exultationis, vel inter calcanea vestra caput eleuare, videre, an cum cerussa & purpuris, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis: an taliter expectam Angeli in nubila subleuant obuiam Christo, & nescio an manus spharata circumdari solita, in duritia catenæ suspescere iustineat.

Nescio an erit de periticio in neruum se patiatur aritari. Timeo ceruicem, ne margaritarum, & smaragdorū laqueis occupata, locum sphaeræ non det. Item,

Ipla concupiscentia non latendi non est pudica, patitur aliquid quod Virginis non sit, studium placendi vtique & viris. Tum in oratione de Idololatria, cum artifices ab eo quæstu, quem ex idolis colligebant auocaret. *Non habeo, dixit, unde vitam, fides famem non timet.*

Saluanus eundem ferme habet characterem vt lib. 5. vbi sic insectatur pseudomonachos. Atque hoc videlicet laici tantummodo, non quidam etiam clericorum, seculares tantummodo, non multi etiam religiosi, imo sub specie religionis vitijs secularibus mancipari, qui scilicet post veterum flagitiorum probra & crimina titulo sanctitatis sibi in scripto, non conuersione alij, sed professione, nomen tantum demutaere, non vitam & summam diuini cultus, habitum magis, quàm actum existimantes, vestem tantummodo emuere, non mentem. *Vnde illi se minore in-*

Cap. 7.

Tertull. de cultu foem. min. Cap. 13. L. e. vel. Virg. 6. 14.

uidia

uidia criminosos putant, qui cum poenitentiam quasi egisse dicantur, sicut mores pristinos, ita etiam habitum non relinquunt. Nam taliter terrae omnia agunt, ut eos non tam putet antea poenitentiam criminum egisse, quam postea ipsius poenitentiae poenitere: nec tam prius poenituisse quod male vixerint, quam postea quod se promiserint bene esse victuros. Sciunt me verum loqui, & testimonium mihi etiam conscientia sua dicunt, cum multi alii, cum praecipue illi nouorum honorum religiosi ambitores, & post acceptum poenitentiae nomen, amplissimae, ac prius non habitae potestatis emptores: adeo non saeculares tantum, sed plus etiam quam saeculares esse voluerunt, ut non sufficeret eis quod ante fuerat, nisi plus essent postea quam fuissent. Quomodo igitur tales isti poenitentiam se egisse non poenitent? Sicut etiam illi de conuersione ac Deo aliquid cogitasse, qui a coniugibus proprijs abstinentes, a rerum alienarum persuasionem non abstinunt, & cum profiteantur continentiam corporum, in incontinentiam debacchantur animorum. Nouum profusus conuersionis genus, licita non faciunt, & illicita committunt. Temperant a concubitu, & non temperant a rapina. Quid agis multa persuasio? peccata interdixit Deus, non matrimonia, non conueniunt vestris studijs facta vestra: non debetis esse amici criminum, qui dicitis vos sectatores esse virtutum. Praeposterum est quod agitis, non est hoc conuersionis, sed aduersio: quia iam pridem ut fama est, opus etiam honesti matrimonij reliquistis: tandem a scelere cessate. Et quidem iustum est, ut ab omni scelere, sed tamen si non ab omni, quia hoc fortasse durum & impossibile esse creditis, certe vel a maximo & prodigioso.

Quam autem haec sunt graua, quae de tribuitis pauperum eodem libro disputat?

Illud indignius ac poenalius, quod omnium onus non omne sustinent: imo quod pauperes homines tributa diuitum premunt, & infirmiores ferunt sarcinas fortiorum: nec alia causa haec quod sustinere non possunt, nisi quia maior est miserorum sarcina quam facultas. Res diuersissimas dissimilesque pauperum, inuidiam, & egestatem. Inuidia est enim in solutione, egestas in facultate. Si respicias quod defendunt, abundare arbitreris: si respicias quod habent, egere reperies. Quis

estimare rem huius iniquitatis potest? Solutionem sustinent diuitum, & indigentiam medicorum. Plus multo est quod dicturus sum, adiectiones tributarias ipsi interdum diuites faciunt, pro quibus pauperes solunt. Sed dicas, cum ipsorum maximus census sit, & ipsorum maximae pensiones, quomodo id fieri potest, ut ipsis sibi augere debitum velint? neque ego id dico quod sibi augeant. Nam & ideo augent, quia non sibi augent. Dicam quomodo. Veniunt plerumque noui nuncij, noui epistularij a summis sublimitatibus missi, qui commendantur illustribus paucis ad exitia plurimorum. Decernuntur his noua munera, decernuntur nouae indictiones, decernunt potentes, quod soluant pauperes: decernit gratia diuitum, quod perdat turba miserorum. Ipsi enim in nullo sentiunt quod decernunt. Sed non possunt, inquis, non honorari, & liberalius accipi, qui fuerint a maioribus missi. Estote ergo vos, diuites, primi in conferendo, qui estis primi in decernendo. Estote primi in largitate rerum, qui primi estis in liberalitate verborum. Qui das de meo, da & de tuo: tamen si rectissime quisquis illes, qui solus vis capere gratiam, solus pateris expentam. Sed ad quietum pauperes vestre diuites voluntati: quod pauci iubetis, soluamus omnes. Quid tam iustum, quid tam humanum? Grauant nos nouis debitis decreta vestra, facite saltem debitum ipsum, vobis nobilem esse commune. Qui enim iniquus esse aut indignus potest, quam ut soli sitis immunes a debito, qui cunctos facitis debitores? Et quidem miserissimi pauperes sic totum hoc, quod diximus solunt, quod qua re vel qua ratione soluant penitus ignorant. Cui enim licet discutere cur soluantur, aut cur permittitur explorare quid debeat? sed tunc id euidentissime proditur, cum inuicem sibi diuites irascuntur, cum indignantur aliqui eorum, quod sine consilio aut tractatu suo aliqua decreta sint: tunc a quibusdam eorum audias dici, o facinus indignum, duo aut tres statuunt quod multos necet: a paucis decernitur, quod a multis miseris dependatur. Honori enim suo vniquisque diuitum praestat, ut nolit aliquid se absente discerni, non iustitiae, ut iniqua nolit se praesente constitui. Denique quod in alijs reprehenderant, ipsi postea aut pro contemptu praeteriti vltione, aut pro potestatis praesumptione constituunt. Ac per hos infeli-

infeliciffimi pauperes ſe ſunt quaſi inter concercantes procellas in medio mari poſiti: nunc ſtorum ſcilicet, nunc illorum fluctibus obruuntur.

Hæc ille vt plurimum auſtere. Itaque vbi alius qui ſuauius diceret, blande ſe inſinuaret hominum mentibus, per cuniculos oppugnationem moliretur vitiorum, & ſæpe habitæ ratione humanæ imbecillitatis nonnihil indulgeret, compateretur, amanter moneret, cautiones, & præſidia aduerſus errores ſumma facilitate præſcriberet; Qui auſtere dicit, ſola vituitur, vbiq; cauterium, & chirurgiam adhibet, raro fomentis vitur.

Hæc ratio tractandi animi humani non adeo felix eſt, pauci enim inueniuntur apud quos ita agere conueniat, & quos iſta remedia non magis vlcèrent, quam curent. Itaque præclariffime monet D. Auguſtinus.

Auguſt. o-
piſt. 64.

Non aſpere, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur, magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando, addit, *ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timemur.*

De exceſſu auſteritatis, & agreſti Charactere.

CAPVT IX.

VERUM auſteritas ſuam prætexit aliquando excuſationem, fortæſſe non iniuſtam, nam boni multum habet, vt quæ plurimum ſæpe præ ſe ferat grauſatis. Sed aliud eſt dicendi genus in auſteritatis exceſſu poſitum, quod agreſte nominatur, & illud quidem determi-
nauit. continet enim obiurgationes ſine ratione, & modo.

Agreſtis igitur talis eſt, qui præterquam quod vaſtus, & deformis eſt, habet quandam naturæ ferociam, & animi prope effrenati rabioſulas emiſſiones; vt qui non amore, & ſtudio virtutis, aut ex officij ratione reprehendit, ſed prauus quidem ſtomachi morbo, & qui non Deum offenſum doleat, ſed priuatis iniuriis, aut commodis omnia metiatur. Itaque iræſcitur, & excandeleſcit, ſi auditores minus auſcultent aut reuerantur. Si quid in ſuis horis direptum, ſi quid ex vtenſilibus furto ſubduſtum, ſi quid pecuniæ quam ſperabat excidit, aut aliquo modo læſus eſt, inuectiuas habet ſubruſticas in lazonas, & aperte conuiciatur

canes molloſos, & lupos, & tigres, & lycæthopros, aut quid ſimile per contumelianam homines appellans. Hæc quidem loquentia tota Canina eſt, & longe à factorum oratorum virtute diſiuncta.

De delicatijs & aſſentatorijs, & quàm periculofa ſit hæc dicendi forma.

CAPVT X.

IN contrarijs militant caſtris blandi, & Facili, & periculoſiſſime quidē militant in ſinu voluptatis, & deliciarum: Quo in genere fuerunt Principes aliquod Arrianorum, & ſunt etiam hodie molliores hæretici. Tales igitur ſunt qui ſpecie corporis pulchelli, cultu ipſo magis decoro quam viros deceat inſtructi, rerum omnium copia affluentes, ad delicatiores aſſentatiunculas, & aurium lenocinia compoſiti, toti ſunt mellei, toti byſſini verbis opulenti, auſtera igitur que libet fugiūt, grandes illas, & atroces Prophetarum ſententias, quibus minæ & terrores intētantur mortalibus, de ſuis chartis expungunt, raro de morte, & inferis ſermones inferunt, vel ſi quid neceſſario de ijs dicendum ſit, mortem credo (vt olim Aegyptij) faciunt argenteam, & eius ſpiculum aureum, gemmiſque diſtinctum, ne ſi triſtius ſpectrū fuerit, ipſi, qui hæc audiunt in morbum incidant. Tū inferos etiam vernanti oratione proſequentur, & Philogeronis citros igneos more Poetarum ludentes depingunt.

Mortis ſpiculum aureum faciunt delicias ornare.

Sed omiſſis hiſ ſermonibus, vt qui etiam nimis videatur auſteri; ſi quid apud Eſthnicos auſtores molle, delicatum, vernans, pictum, effluens, calamitratum: hoc totum ſibi debent purabunt, & conſectabuntur quidem fabulas, quæ multum admirationis habeant, & fabulis adtexent verba recens cuſa, inter cathedras molliores, & nonnihil etiam vnguentis delibata: tum verbis adſtruent numeros, quibus ne Malthuinus quidem molliores habuit.

Nil ſum opuserit, vt vngues mordeant, aut frontem feriant, cum vox leniſſimo tinnitu tota procurret tanquam ad ſonum tibiarnum, niſi forte interdum aſpergantur aliqui affectus ex Ouidij Metamorphoſi, & Heroidum Epistoſis perquam lamentabiles, vbi Ariadæ de Theſci præſidia querant, & Ven' Adonidæ
hugoes

Ageat: tunc erit opus delicatissimo quodam lineo, eoque apprime unguentato, ut sudorem excipiat, qui ex tam delicatis membris in hac orationis palæstra fluxerit.

Non erit hic expectandum ut de poenitentia dicant, & ieiunio; nam & illi poenitentiam odere tanquam furiam ex veteri tragedia, & ieiunium perhorrescunt, ut olim pueri Manducum. Nec mirum, nam ex eorum sensu una lacrymula, quæ forte ex alicuius mulierculæ oculis inter præclaros illos affectus stillabit, restinguet omnia inferorum busta. Ieiunio autem quid opus est quo canes examinantur (inquiunt) & relegant in insulas Hypocritarum?

At cum de vitijs agunt, parum abest, quin Deos faciant, sicut & multa fecit antiquitas, quæ nondum tamen erat ingenio tam sagaci, & perpolitio. Quod si meticulosos aliquos adhuc reclamante conscientia terreat, *sint omnia proinus alba*. Et hæresis dicatur zelus, & soliditas ingenii, & Epicuræa vita, libertas: quid enim facilius est quam personatos inducere in scenam errores: Et si adeo turpia sint, ut colorem non admittant, certe dicitur esse peccatum naturæ quoddam prostium, quod totum Christi sanguine abstersum est, nec pietatis nostræ eget instrumento, sic igitur miserii perdunt, & perduantur. *Ve, qui conjungunt pulvis sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa a tactu ad capiendas animas.*

Adulatoriū concionandi genus reprehenditur. *Arcech. 13.*

De facietis, & an facietie Christianos oratores deceant.

CAPVT XI.

Proximū blandis facietorum genus, quod est à Catholicis doctoris maiestate perquam alienum, hæreticis tamen admodum familiare. Nam cum ad restinguendos omnes pietatis igniculos, & rerum diuinarum sensum stirpitus de humanis euellendum pectoribus Comiartes sint potentissime, hoc primum excogitauit Dæmon, ut per tærarum ceremoniarum irrisiōnem, turpesque facietas, ad hæresim spargendam sibi viam communiaret, tum easdem iam disseminato errore constanter retineret. Itaque omnes ferme hæreticorum ministri sunt in præ facietis,

Facietas, ut Comi.

Hæreticis facietis.

& proteruè dicaces, auentque sepe ludere, & rācidos aliquot iocos spargere, in clauas Ecclesiæ, & Petri cathedram, & summi Pontificis crepidam, & indulgentias, & rosaria & habitum religiosorum, & ignem purgatorium, & si quid simile. Ed autem quisque lætior est, quò pluribus his coadmeatis orationem intingit, quibus si fuerit delectatus, instar est implumis auiculæ.

Alia autem (inquam) est ratio apud doctores catholicos, qui cum ferme toti sint in graui genere dicendi, & ad sanctioris disciplinæ normam cōpositi, nullum tam inertibus facietis locum reliquere. Si qui tamen inueniantur, qui vel quod ita ficti sint à natura, vel quod putent inesse in istis locis ad inescandos animos plurimum vrbauitatis, ijs vtantur in temperantius, malè sibi malè auditoribus cōsulant. Nam r idiculis sæpius adhibitis, tum præsertim si istæ truijs petita, ad humilè scurrarum vitam paulisper accedant, omnes quotquot antea fuerint excitati, proinus hebescent pietatis aculei, tum auctoritas, & existimatio dicentis facile deperdetur.

Monachi desidiōsi insectantur ab Augustino.

Nulline igitur (inquies) sunt apud doctores Ecclesiasticos sales, quibus interdum orationi vitiorum quidam delectationis aspergatur sunt vero, sed quinam, vsu parci, sententijs in ipso ludo graues, verbis modesti, & qui, non ex vultu lasciuia, sed ex nobili quodam ingenio fluere videantur. Exemplum sit istud ex D. Augustino, libro de opere monachorum, vbi grauius insectatur quosdam monachos erantios, qui vt desidiōsæ vitæ speciosum titulum prætenderent, laborem manuum condēnabant, & cæli aibus iactabāt se per similes, quæ neque serunt, neque metunt. Hic in eorū desidiā, & promissos capillos ludens *An ita (inquit) vacandum est, vt nec tonsores operentur, an quia Euangelicas volucres imitari se dicunt, quasi depilari timerent, ne volare nō possint.*

August. Sales.

Deinde eorum rationem exagitant. Iam illud dici non potest quàm luctuoso riuiculus est, quod rursum inuenerunt ad defensionem crinium suorum. Virum (inquiunt) Apostolus prohibuit habere comam, qui autem se ipsos iam castrauerunt propter regnum cælorum, tam non sunt viri. Mox erumpit in exclamationem, *O Demè Enneas iam!* & cæt. in quibus iocos magna proflus grauiate temperat. Est & illud venustum exemplum, quod affertur ab Aenea Syluio, de concionatore Alberti primi, qui Imperatorem, & Proceres conspiciatus oleisauer, vt se

F f f f

pe fit

pe fit, concionem audientes contenta voce exclamavit. *Quartur saluarino Principes p. f. sint? & te agitata in vtramq; partē, excussoque audientium sonano. Quidni, ait, possint? si modo baptismo suscepto in cunis vagantes morian-*

& pugnas, vbi grauius anhelare oporteat, nō ita instituti, irascuntur tamen nonnunquam, nam vt apes, & si multum mellis habeant, suum tamen in melle, & floribus retinet aculeum: sed eam natura sint perquam benigni, si quid durius dicant, aut stomachentur acrius, non sunt ijs praesertim, qui homines norūt ita terribiles, imō videntur ad tempus personam assumpsisse, quae non potest esse diuturna. Longē sunt feliciores in affectibus suauitatis, nā si quid amanter dicendum, si quid mansuetē conuerendum, si quid mitius deplorandum, in hoc regnant, & mentem suauissimē feriunt. Praeterea nacti sunt, vt plurimum magnam rerum opulentiam, & quasi ex auro, atque argento supellectilem oratoriam, quō sit vt orationem egregijs sententijs atollāt, venustent similibus, historiarum suauitate perfundant. Ad summum, vt eos tibi vno aspectu subijciam, similes mihi videntur amoenissimo flumini, purā Penēo, qui inter Ossam, & Olympum decurrens, collibus dextra laeuoque molliter curuis, per apparatus agrorum delicias mollissimis flexibus obiectās labitur. Sic illi purissimo tractu orationis per opulentas eloquentiae gemas effluūt, & auditores suos incredibili quadam Suada rapiunt.

Sunt enim in tractatione humani animi perquam felices, neque existimandum est concionatoribus Catholicis rem esse semper cū sceneratoribus, & hominibus, & ijs qui carceri nautico sunt mancipati, sed occurrunt sepe homines bene morati, magna vitae innocentia praediti, & ad satus sapientiae excipiendos idonei, apud quos iracundi, vehementes, clamorosi, austeri, non multum possint, contra suas eos melius egcolant, & cum fructu delectent.

De Affectatis.

CAPVT XIII.

Simia quaedam est eius virtutis affectatio, sed longe differunt à suauibus molles, & affectati, contra quos à nobis superiori libro copiosus disputatum est. Illi magnas habent orationis diuitias, sed honestas & solidas: hi puerilis quoddam eruditionis choragium. Illi quicquid habent, hoc tanquam propriam hereditatem possident, fluit enim à se huius ingenio, eoquē non intemperanter culto: At hos videas vt plurimum in aliquot recentiorum libris

De suauibus & cultis.

CAPVT XII.

*Concionato-
ris suauis
& honesti,
cultu cha-
racter.*

Verum si delectationis etiam quaeruntur au cupia, non est longē delectendum ad vitia praesto sunt oratores, & ijs ex laudato genere, qui saluberrimis praecceptis aspergant iucundum quoddam lenociniū mellicae orationis. Tales autem sunt, qui appellantur suauis.

Primum sunt lenissimis moribus praediti, ingenio miti, & tractabili, natura comes, & facundi, erga omnes quantum possunt benefici, in cōmuni hominum cōsuetudine faciles, & prudentes, discreti, vultu ipso semper ad feracitatē cōposito tranquilli, & qui verē philtrum habeant tantō potentius quanto ferit dulcius. Ij cum natura propter summam ingenij tranquillitatem ad mansuetiores litteras sint optimē compositi, postquam ad tam felix, & liberale solum culturae decor accersit, euadunt eloquentes, non quidem ex eorum genere qui frangant pulpita, & multo sudore vestes impluant, sed qui lenissimo tractu semper aequabiles fluant.

Dicunt igitur rationibus bonis, speciosis, & quae secum illecebrae aculeos habent, non multā solent aggerere, nō inconcinne disparia coagmentare, non coherentia inepte diuidere: sed vt in delectu rerum sunt splendidi, ita in dispositione prudentes. Verbis porro sunt admodum terti, mites, candidi, & sine redundantia copiosi, dulcibus quoque figuris mirifice temperati, periodorum anfractu nō vasti, sed modica cōelusione lenes, spiritu, voce, vultu, oculis, gestu denique moderati, & multum amabiles: & si rem attentius consideres, videbis in eorum oratione castas quasdam veneres, & gratias non quidem violentē accersitas, sed quae natura propensionem consequantur crebrius afflorescere.

Itaque ad argumēta nobilia, panegyricaeque orationes aprissimi sunt, ad infectiones vitiorum controuersas quaestiones, cōgressus,

libris volutatos adumbrata leuius eloquentia & adfertitij ornamenti iuuenilius luxuriare Illi verecundas nacti sunt gratias, & dicunt quidem suauiter, sed cum dignitate copulant suauitatem: hi sunt in ipsa affectatione sine franco verecundia impudentes. Illi dispensant elegantias, & colores, hi sine vilo delectu passim offundunt: Illud dicunt argumētis prudentibus, & splendidis: hi puerilibus, & friuolis. Illi tractum habent orationis cum vi iudicij diffusum, hi per abrupta quocumque ingenij calor tulerit rapiuntur. Illi seruant orationis decoram castimoniam: hi troporum vsu pruriunt insolentius. Illi figuras temperant: hi obliuiscunt. Ad suum illorum oratio videtur honesta matrona cum mundo sibi debito: horum meretricias olet pyxides, & vestem refert, quæ parum deceat pudicam.

racula quæ legerint, & audierint, in vnum fasciculum non sine fructu colligunt: aspergunt etiam aliquando narrationes ex peregrino instrumento, quæ non adeo accurate cum Chronologia consentiunt, vt Augustum Cæsarem cum Sibylla, de Christo colloquuntur, & templum Pacis ea nocte qua Christus natus est cecidisse, & Romulum de suo imperio consulentem responsum accepisse duraturum donec virgo pareret.

Hæc dico non parui quidem faciens hominum pietatem, quam omni scientiæ opulentiæ longe constat esse maiorem, verum cum in tam sagacem, & fastidiosam etatē incidimus, pijs etiam cōcionatoribus magna prouisione opus est, vt videant quid, aut quomodo dicant, ne si quid perperam, licet sincero animo attulerint, in contemptum ministerij cedat.

De pijs, & simplicibus oratoribus.

CAPVT XIV.

De pijs grauibus.

CAPVT XIV.

Concionatores pijs & simplices.

Sunt & quidem pijs, homines animæ vt plurimum mitissimæ, & candidissimæ, qui cū se totos religioni, viteque alicuius studijs addixerint, similem quoque animo afferunt orationem. Sunt autem ferme boni, creduli, & ad lachrymas faciles: non habent tam lautum, & copiosum litterarum instrumentum, quas & multi nescire maluerunt, vel si habent, non ostentant. Quærent enim non acta, docta, aut curiosa, sed humilia, pia, simplicia. Non multum curant quid textus ferat Chaldaicus, aut Missale Mozarabicum, an Symmachi versio cum Aquila consentiat, & an קקאיון kakaion apud Ionam cucurbitam, aut hederam significet. Verum tori versantur in religiosi meditationibus de præsepi, infātia, vita, morte Christi, & de venerandis quidem eius cruciatibus tractant sapius, tum de nouissimis, morte, iudicio, purgatorio, inferis, & beatitudine cœlesti verba lubenter faciunt. Mox hominum peccata, & flagitia deplorant, ad pœnitentiam reuocant, & sui similes cunctos ferè desiderant. Dicunt autem ea non quæ ex varia librorum lectione conquieserunt, sed quæ secum ipsi sunt meditati, & si simpliciores quidem fuerint, loquuntur stylo humili, tenui, inornato, & plerumq; dissoluto, valde delectantur exemplis, & omnia mi-

Aliud est genus piorum concionatorum, *Concionatores pijs & graues.* qui prudenter, & robuste sunt pijs: nam illud quidem habent cum primis commune, quod curiosa oderint, torique sint in pijs argumentis: verum quia multum habent cum pietate ingenij, ac doctrinæ, & si id minime videri velint, dicunt ardore quidem magno religionis, sed sententijs viuidis, motu graui, castè, prudenter, circumspectè, & si quidem ad graues secundi generis proximè accedūt. Est sane hæc pietas optimum omnium instrumentum, nam cum erudito, eloquentia, industria, & cætera humana præsidia tanquam leues stoluli decidunt, nisi de cœlo irigentur, sola pietas perpetuum obtinet cum Deo commercium, vnde & diuturnior est, & longe quam cætera fructuosior.

De doctis.

CAPVT XV.

Non est mihi mens doctos illos concionatores carere, qui suauē quoddam doctrinæ temperamentum, cum pietate, prudentia, grauitate coniungunt, viros omni ho-

Concionatoris pijs & docti character.

nore præſtantes: ſed ſingo mihi, quod animo liberum eſt, doctos aliquot ſine iuſta prudentia, & pietate ad concionandi munus accede- re, qui ſe ingenij, & eruditionis profluuiis permittant. Tales ferme erunt, qui à puero bonis litteris inſtructi, omnium ſcientiarum curricula ſint emenſi, & tantam vndique rerum opulentiam congeſſerunt, vt vix ſe capi- ant: Itaque quod didicerunt ex magna ſecū- di pectoris abundantia plenius eructant.

Loquentur ſæpius Latinè, Græcè, Hebrai- cè, nonnunquam Arabicè, & Syriacè, variſq; idiomatibus concionem intingent: putes te Geryonem illum poetarum audire, qui ore triplici diuerſos eodem tempore fundat ſo- nos. Habebunt fixè quæſerunt in ore verſiones Theodotionis, Aquilæ, Symmachi, Chaldaicam paraphraſin, & cæteras, quas aut caſtiga- bunt, aut conciliabunt. Addeunt etiam multa ex manuſcriptis quæ dicunt nondum vulga- ta typis, aut certe Græcè minime edita, & in hac, vel illa Bibliotheca ſeruari, puta Lexi- con Cyrilli, Victorem Presbyterum in Diuū Marcum, Biſſamonem ad Canones Apoſto- lorum, Breviarium Adeſpoton, aut Rabbi Moſen Ben Maimon, qui nuper fuerit ex O- riente aſportatus. Sunt autem in examinādis auctoribus accurati, in reſellendis acres, in conciliandis prudentes: notant porro ex qua editione legerint quod afferunt, & quo libro, quo capite, quo verſu inueniatur, tum addit irrepiſſe errorem, quem ſic ex Græcis codi- cibus emendari oporteat.

In hiſtorijs ſunt apprimè verſati, & Chrono- logiam quidem accuratiſſimè diſcutiunt, tum frequenter ſermonem iuferunt de annis Nabupalſaris, & Cyri, irridentque eos, qui dicunt Platonem in Aegypto Hieremiam conueniſſe; Cyclas, & Eccliſes diligenter in- quirunt, & expendunt, an vera ſint omnia, quæ Andreas Hieroſolymitanus de ratione inueniendi circuli ſolaris tradiderit: ode- runt ſenſus allegoricos, & exiles ingenij argutias, & ea quæ multum habent ſloris, lit- teralem ſenſum ſagaciſſimè perſerutantur, & ex varijs verſionibus exiūt, Concilia, & ritus Eccleſiaſticos egregiè norunt, tum hæreticos in ratione controuerſiarum potenti ſæpè pla- ga feriunt. Afferēt autem nonnunquā ſimili- tudines ex omnium artium inſtrumento de- ſtatas, vt qui penè omnia nouerint, & ex mā- ſterioribus litteris multa quoque aſpergent.

Et vt ſe aliquando plebi accommodent, dicent

nonnihil tenerum, & moratum, ſed tum ve- debuntur extra ſuum elementum peregrina- ri, nec tam felices habere emiſſiones. Nam di- ctione ſunt preſſi, conſiderati, enucleati, tono- vocis quales ſolent eſſe boni anagnoſta, ge- ſtu etiam perparco. De ijs quæritur rudiores eos nimis latinè loqui, etiā ſi tum Græcè ſue- rint loquuti. Si autē qui nominati haberi in- ter doctos volunt, lubenter eorum conciones frequentant, aiuntq; ita eſſe concionandum, & ſi quæ ſint ambitioſæ eruditionis forma- næ prædicant ſe lubenter audire viros do- ctos, recteque intelligere, licet ne ipſi quidem, vt ait Comicus, intelligant. Qui tamen prudentius iudicant, rectè putant huiuſmodi viros multa, & profunda lectionis, accura- tique iudicij eſſe in ſcholis, & ſcriptis admi- rables, ad concionatorum genus orationis, quæ reſorta eſt popularis, minus aptos.

De ſeni-doctis.

CAPVT XVI.

Et aliud præterea Doctorum genus ſim- <sup>Concioua-
tores aliqui
ſanctiſſi</sup> larum, & quaſi rectorio inductum. Tales ſunt, qui à teneris non iecerunt ſcientia- rum fundamenta per ſolidum, neque lingua- rum ſe varia cognitione excoluerunt. Itaque conſectantur ferme riuulos, in quibus ſecula teneatur aquila, fontes autem profuſus ig- norant. Multi ſunt in recentiorum libris, eosque nauiter compilant, maxime ſi qui lo- cos communes ſcripſerint, & vt ſunt ſæpè in- genio non infelici, & venuſta oris ſacundia, dum hæc efferunt, dicuntque volubilius, ab ijs, qui minime intellegunt, putantur multa legiſſe, nam & antiquos auctores identidem appellant, & quos vix fama conpererunt, ita referunt, ac ſi in eorum libros commentarios edidiſſent. Verum periculum eſt aliquando, ne ſuam inſcitiam apud doctos prodant, vt cum primis apicibus delineata apud eos, qui collegerunt, inueniunt auctorum nomi- na, & D. Auguſtinus (ita enim ſæpe appellatur Cæſar Auguſtus) vſurpant pro ſancto Augu- ſtino, & ſi quis auctor tres tantū libros ſcrip- ſerit, ipſi quartum, aut quintum proferunt, tum ſi quid ab eo Græcè, aut Hebraicè dictū, id corruptis verbis pronunciant, & in accentu grauiter titubant, deniq; cum à Chronologia dicunt maxime diſſentanea, & Cæſarum

YCIICM

veterem cum iuniori confundunt. Germanū
sacrarum literarum sensum, non adeo curant,
sed multa per accomodationem dicant.

Amant autem ferme rationes friuolas, que
multum speciei, parum soliditatis habeant, ut
quæ ex Cabalistarum penitiorum scribis sunt
petita, quæ cum dicantur, oraculis videantur
simillima. Ad summa vti intrudant leuis ali-
cuius doctrinæ choragium, mirabiles plerum-
que faciunt excursionses, & distantia quæq;
sopulant.

De curiosis.

CAPVT XVII.

*Curiositas
ridicula.
Quærit.
Incant. l. 1.*

In vitioso quoque genere sunt nimis curio-
si, qui solent in questionibus parum fructu-
osis plurimum temporis terere. Quærent i-
gitur an ligno interfectus fuerit Abel, & qua
signi specie, ex qua arbore fuerit excisa Moysi
virga miraculorum effectrix. Tum dicent
hanc questionem antea agitatam ab Arioni-
no Consulæ urbis Romæ, & Haccadon huic
petitioni ita satisfecisse.

*Haccadon
apud Salu-
tin. s. 17. l.
16.*

Quod me rogas de virga Moysi tibi notitiam
dare, dicam tibi quod de hoc scriptum reperi-
t à Rabbi Simeone filio Iohai in inuestigatio-
ne secretorum dicitur. Virga illa qua Moyses,
& Aaron miracula faciebant in terra Aegyp-
ti, & postea in deserto floruit, gemmasque e-
didit, ab ea arbore excisa est, quam Deus Moysi
ostendit in deserto, ut aquæ amaræ dulces fie-
rent. Et hæc arbor excisa fuit ab arbore vitæ,
quæ in paradiso sita erat, Angelorum mani-
bus. Quam quidem miserunt Adæ, cum ille
misisset Seth ad paradysum filium suum mise-
ricordiam Dei imploraturum de suo peccato.
Dixeruntque Angeli Seth, ut plantaret hanc
arborem. Quæ quam primum fructum face-
ret, misericordiam Dei in eum descenderent, a-
perirenturque portæ cæli quæ obsecratae sunt.
Hanc autem arborem seu potius ramum acce-
pit Seth, plantauitque in deserto, quam postea
Moyses inuenit, & ex ea virgam suam exci-
dit.

*Idem l. 8.
o. 30*

Hæc pretiosa s. bula cum narratur aures
implet admiratione, & obstupefunt qui au-
diunt, quod tantum & tam mirabilis historie
arcana tantum latuerit. Idem plerumque
fortè examinant genealogias Iudæorum, &

quærentur Panther ab Hebræis Dominus
noster fuerit nominatus, & verè ne Panther
ataus sanctissimæ Dei Matris fuerit. Tum de
persona Christi, & Beatæ Virginis nimis mul-
ta expiscabantur, & scire auebant quas illa
vestes & calceos habuerit, an secum in Bethle-
mitana peregrinatione bouem, & asinum du-
xerit, aurumne in massa, an nummos aureos
à Magis acceperit, quæ quidem, vel certè non
dissimilia plerumque ab ijs qui historiam tra-
ctant ex destinata opera quærit obiter, aut si in-
cipiè fuerint dicta refelli possint. Tamen in
concionibus nisi res admodum postulet, hæc
argumenta prolixè discutere curiositatis plu-
rimum, parum certè fructus habet. Præterea si
viderint auditores prurire rerum curiosarum
desiderio, afferet ex historia naturali quicquid
erit abditum, & incredibile, agitantur quæsti-
ones Theologiæ & Philosophiæ, non tam ad
doctrinam, quam ad pompam, vagabuntur
per omnia terrarum imperia, & si qua mini-
ma data fuerit occasio huius vel illius imperij
Principes à primo ad vltimum percontantur.
Tum ut arcana etiam dicant omnibus ignota.
*Quinquaginta prudentia portas. Cyriacus duo-
simera sapientia additis hebraica nominibus.
cum magna ostentatione memoria numerus
buns.*

Cabal. l. 3.

De scholastico genere oratorum.

CAPVT XVIII.

SUCCEDUNT deinde scholastici, quod voc-
abum ne quis secus accipiat quam intelligā,
non nihil distinguendum est. Primum igitur
dicitur scholastici viri multè in omni genere
literaturæ, & politioris etiam elegantia, quod
superius ostendit me recorder, nunc autem
nomen remansit penes eos qui Theologiam
docent in disserendo subtilitate positam, viros
doctos, ingeniosos, acres, & omni honore chi-
gnos, quorum exquisitissima doctrina in de-
cus, & utilitatem Ecclesiæ longè lateque per-
manavit. Ex eorum schola prodeunt nonnun-
quam conclamationes, qui vel sub ipsa adhuc
studiorum incude positi, vel certè calentibus
etiam tum ahtoris doctrinæ vigore incensis,
rebus optimis parum prudentes vtuntur.

Afferunt, n. ad aures plebeias reconditas ex
Theologiæ instrumento quæstiones, de scien-
tia

Fliff 3

ria Dei, de predeſtinatione, de libero decreto, & cæteras huiusmodi quaſtiones, de quibus late, quaſi in ipſa ſchola diſſeruat. Nam & varietatem ſententiarum tum veterum, tum iuniorum explicant, conſutant aliena, ſua confirmant, adhibent etiam verba ſcholæ in alieno idiomate peregrina, & horrida, quæ omnia tam ſaſtidij plena ſunt, quam fructus vacua. Nam vt grauioris eſt concionatoris eleſtas ex Theologia quaſtiones interpretari, nonnumquam magno ſapientiæ, & eloquentiæ manſuetioris condimento: Ita profectò has conſectari moroſius, vbi neque res, neque auditores poſtulant, multum habet vanitatis.

Longe etiam deterius faciunt adoleſcentes, qui ex Philoſophiæ circulis recentes, ſi forte aliquid quod ad Philoſophicam palæſtram attineat, inuenierint, in hoc exeurrent, & cum per antiperiſtaſin dixerint Catholicoꝝ ardorem, interhæreticas prauitates augeti, tum explicabunt quid ſit antiperiſtaſis, & quid de ea veteres Philoſophi ſenſerint, & cum agitur in Euangelio de ſignis in ſole & luna, hinc eſt ſiderum meteororum rationes tuſius explicanda: hæc, n. leuius delibata, vbi & res ita poſtulare videtur, habent aliquid gratiæ, & doctrinæ, contra putidius inculcata, non modo non delectant aures auditorum, ſed oratorum produnt infantiam.

Nec minus ridiculi eſſent, qui ad oſtentationem Rhetoricæ, notarent inter concionandū quot eſſent tropi, & figuræ Prophetarum, crebroque dicerent, hoc eſſe metaphoram, illud antonomāſiam, iſtud verò ſtreptolyton. Omnino. n. ſi quæ occurrunt concionatori ex varijs ſcientijs, aut artibus obiter perſtringenda, nunquam ſunt more ſcolæſtici interpretis enucleanda curioſius.

De popularibus.

CAPVT XIX.

Concionatores popula-
res.

CORONIDEM hiſ ideis imponat popularitas, præclara certè virtus dicendi, & maior ad conciliãdos animos, quam quilibet putet, eſt ſermonis quædam ad hominū ſenſus accommodata facilitas, quæ rebus, & verbis, ſi non inſtructa curioſius, ſiuit tamen omnino beatiſſus.

Gant autem popularitatem, cum humilitate

dicendi cõfundas, humiliter ſiquidem loqui rudes poſſunt, populariter dicere, non niſi nau oratores dici poſſunt. Proſciſcitur, n. hec virtus à felicitis ingenij ſecunditate, & magna quadam induſtria, cui continuus exercitacionis labor quaſi cumulus acceſſerit.

Populares autem eiufmodi ferme ſunt. Primum ingenio illuſtri, facili, copioſo, ad omnes motus flexibili lautum habent ſcientiæ inſtrumentum, quod & ſi minimè (propter hoc genus dicendi populari) videatur imperitiſ; Tamen ſi quis propius conſideret, facile deprehendet eos magnarum artium ſeminibus orationem, mentemque perſerſam habere. Prudentes omnino ſunt, & morum, ſtudioſorum, affectuum conſuetudinumque humanarum peritiſſimi, & acri vt plurimum *quæſta*, quæ rerum imagines tato ſeruet tenacius quanto exceperit felicitius. Verum ſupra cæteros induſtria poſſent mirabili, qua & intimos hominū ſenſus, quos viderint, ſtatim delibant, & ipſi quaſi Protei, non quidem ad caliditatis flexus & illecebras, ſed ad hominum ſalutem procurandam in omnes vertunt formas. *Omnia pene omnibus facti*. Idcirco in regendis hominum animis, quibus nihil eſt ferè moroſius, omnium mihi videntur feliciſſimi. Dicunt argumentis, non tam ſpecioſis, quàm fructuoſis, magnum habent rerum delectum, diſpoſitionem aptam, & concinnam, dictionem ſolici quodam proſtudio æquabiliter ſuſam, non grandem & cothurnatam, ſed neque humilem, aut ſtrigoſam, aut attritã. Præmiantur aptè, narrant dilucidè, præliantur, acriter, mouent etiam potentius. In conformatione imaginum, & deſcriptionum ſunt mirifici, quamquam nihil affectant puerilius, in ſimilibus ingeniouſ, in ethopeijs & moratio orationibus regnant. Actione ſunt non molli & curata, & polita ex ſchola, ſed quæ multum libertatis, & ſui iuris habeat. Vocem autem in tam varios flexus, & modulòs concidunt, vt non vna loqui perſona videatur, præcipuè ſi quid moratum narrant. Tunc enim videntur ſoli ſcenam exhibere varijs colloquijs, verborumque velitationibus diſtinctam, quò ſit vt ſine ſaſtidio, longe aliter quam cantores audiantur.

Et de Idea quidem ſatis: nunc ſi quis à me *Idea* conquirat, quæ dicendi ratio perfectiſſima ſit, eã *concionat*. eſſe arbitror, quæ à vitijs ſeiuncta, earum quæ ſupra commemoratæ ſunt virtutum maiorem temperiem habeat. At verò quia operoſa res y-

num

num præstare in omnibus, idcirco rarissimum est absolutum omni ex parte nascisci concionatorem.

Nunc talem fuisse Chrysostrum contendemus, & cum duabus maximè rebus vis concionatoris contineantur, virtute, & eloquentia; Divium nostrum in utroque magnum libet ostendere.

Chrysostrum magna mens magna eloquentia seminarium.

CAV T X X.

Animus in hac vita duob. coloribus pingitur.

PRIMUM & maximum magnæ illius eloquentiæ seminarium est magnæ cuiusdam mentis excitata perfectio, quam in S. Chrysostrum fuisse per insignem dictorum, factorumque constantia, splendor, & veritas, clarissimis monumentis testatum posteris reliquit. Certè quamdiu his corporum compagibus tenemur inclusi, mentem caelestis auræ particulam videre non possumus, ex quo fit, ut qui ex hominum contubernio discedunt, a nequam quidpiam effecerint, quo divinos illos sensus quibus altissima queque ingenia dicuntur esse reserpta, posteris aliqua ratione de liberandos traderent, vitam nullis eruditionis, aut virtutis coloribus impressam, tanquàm Mathematicorum inanem lineam viderentur confecisse.

At verò qui se clarissimarum virtutum, nobilissimarumque artium ornamentis locupletantur; si profecto iure existimantur, non in aere præxille, sed ætatem quasi illustrem tabulam exquisito colorum flore descripsisse, ut mentem ipsam, quam æternè caleret non possumus, in aspectu ponerent. Duo sunt autem præcipui colores, quibus se in hac vita caelestis pingit animus, virtus, & sapientia, quas in S. Chrysostrum singulares & prope divinas admiramur.

Chrysostrum pietas, & consociatio cum Deo.

CAV T X X I.

ATQUE ut eas quas sacris oratoribus necessarias imprimis virtutes prudentissimi viri iudicant, obiter attulerimus, certè

suavis cum Deo consociatio apparatusissimè caelestium rerum delibuta voluptatibus, summi illius ætheris iustar esse creditur, cuius motu ceterarum virtutum quasi stellarum perpetuæ conversiones, per fixas honestatis leges gloriosissimè decurrunt.

Fuit autem hæc virtus in Chrysostrum non obscura, cuius animus perpetua rerum diinarum contemplatione quasi carenis aureis religatus, hærebat origini suæ Deo, & nullum habebat cum terris commercium, nisi quod aut huius mortalitatis necessitas extorquebat, aut regina virtutum factorumque omnium charitas præcipiebat. Mentem quippe quasi purissimè nitore speculum nullis rerum humanarum sordibus infuscaturæ æterni numini prætendebat, ut eius radijs collustratus, quod è cæli duxisset contubernio, hoc cumiata quadam mensura spargeret in terras. Quamobrem eo ipso tempore, ea ætate, qua iuvenes calcato virtutis scedere præferoces per medias voluptates indomitis permotionibus veluti quadrigis inuehantur, is ut vitam summarum artium præsidijs, contra vim impotentis adolescentiæ muniret, non se ijs quibus frui poterat delicijs addixit, sed intra monasterii septa conclusus, in hac fragili corporis argilla cœpit Angelorū vitam caelestique delicijs meditari.

Totus nempe erat in vigilijs, totus in orationibus, totus in maximarum rerum commentatione, hinc illa lux, illa sapientia, ille ardor concionum, illæ lachrymæ, quas yberrimè hominum flagitia deplorans effundebat. Præterea quod ad sancti viri pietatem indicandam non in medioeriter facit, ut erat in Divium Paulum ardentissima quadam charitate, eius effigiem in eo ipso loco habebat, ubi sancti corpusculum continuis laboribus, atque vigilijs confectum (fuit enim somni inter ceteros parcissimus) quiescere solebat. In hæc ille imaginem, cum Pauli epistolam perlegeret, oculis atque animo defixus, quasi ipsam viuam, atque spirantem intueretur consuebat, alloquebatur, orabat, excolubatur. Quanti autem orationis

Act. Apost. homil. 44. D. Pauli in mago.

Damas. orat. 1. de imaginibus Baronian. 407. 14.

studium fecerit, & quo animi ardore in ceteros propagari voluerit, testantur ea que posteris reliquit conscripta de orando Deo monumenta.

CHRY.

Chryſoſtomi temperantia, & fragilitas.

CAPVT XXII.

Alebat hanc orationem inſignis victus frugalitas, quam ille tota vita excoluit, vt quæ grauiffimorum ſtudioſorum comes eſſet perpetua, magnumque conferret ad contemplationem adiumentum, ſic enim ſe res habet, vt ſcripſit, S. Nilus, *Sobrius mens, vt ſtella ſereno celo fulget dulcius*. Contra qui culinae nidoſe, gulaque vaporibus obſeſſus tenetur animus, quid poteſt ſua natura dignum, quid ſplendidum commentari? Faciebat hæc eibi parcimonia, vt non lubenter conuiujs intereſſet, ſed cum leuiſſimo cibo naturæ ſatisfeciſſet neceſſitati, in ſua ſe iugendiſſimam illam mentis ſolitudinem totus abdebat. Quæ obrem illi qui eius innocentiam furioſiſſimis maledictis conſiderunt, accuſatores inter cætera criminationum capita, illud non omittit. *Quod hoſpitalitatem deſeruit ſolus ſtudentis comedere.*

Vide Baro.
407.

Calliodorus hoc ipſum ſtomachi debilitati à plerique aſcriptum commemorat, de quo etiam valetudinis incommodo queritur epiſt. 6. ad Olympiadem.

Ab ipſius mortis ianuis reuocatus hæc ad te ſcribo. (Deinde) Hyems enim grauior, quam ſolebat exorta, grauiorem quoque nobis ſtomachi hyemem inuexit: nihiloque melius, ac commodius, quam qui mortem obierunt, imo etiam grauius hos duos meſes confecei: Hactenus enim lucis huius uſura fruebar, vt malorum quibus vndique afficiebar ſenſu afficerer.

Homil. 13.
Ad Philip.

Quo autem odio proſequeretur intemperantiam, teſtantur eius homilia contra luxum, ebrietatem, & crapulam acerrimo ſtylo conſcriptæ, quin frequenter mouebat, *Gula terminum præſigendum eſſe, natura parcimoniam.*

Palladius qui eius vitam per dialogum cõſcripſit, hæc de eius victu inſeruit. Ipſe ſolus edebat, vt ex parte noui, ob iſtiſmodi cauſas. Primò quidem ob calorem capitis abſtemius erat, niſi quod in æſtu, eo quod Diarrhodon appellatur, utebatur. (Eſt autem *Diarrhodon* vini ſpeciei ex roſis compoſiti) Secundo quoniam infirmitatis cuiuſdam gratia, eius ordinem deſiderabat, adeo vt ſæpius quæ fuerat parata in-

grata viderentur, & quæ non aderant, inquit oporteret. Deinde plerumque eibi oblitus ad velperam uſque ieiunabat, partim occupatus Ecceſtaſticiſ curis, partim ſpiritualibus intelligendis abſtractus. Contendebat enim, vt eum nihil ſacrarum literarum præteriret.

Tanta autem fuit vitæ puritate, vt ex quo Ioannis baptiſimum accepit, nunquam omnino iura. *Moſchus* rit, aut aliquem iurare compulerit, aut mentis ſit, aut cuiquam maledixerit, aut ſcurilia *in prat. Spi- rit. c. 191.* locutus fuerit, aut iocos admiſerit.

Chryſoſtomi prudentia, & de concionatoribus iudicia.

CAPVT XXIII.

Verum licet pernultæ, eæque ſplendide virtutes non parum in eo obtinent commendationis, vna tamen inter cæteras elucet prudentia, cuius præſidio ille, quas inſat micantium ſiderum collucere videmus, omnes honeſtatis diuitiæ reguntur, inſtruantur, & ſumma quadam ſuauidate diſpenſantur.

Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris, Inque ſuum certis motibus urget opus.

Quantus autem huius virtutis vigor fuerit in ſancto Chryſoſtomo, teſtantur, & ea, quæ de concionatorum virtutibus non minus magiſice, quam fructuoſè multis in locis inculcat. *Hom. 9. in Tit. 2. ad Ti- in ſancto Chryſoſtomo, teſtantur, & ea, quæ de concionatorum virtutibus non minus magiſice, quam fructuoſè multis in locis inculcat. Hom. 3. in 1. ad Corin. Hom. 38. ad cat.*

Tria conſeabat eſſe ſacri oratoris officia præcipua, arguere errantes, obſeruare iniuſtos, increpare ſceleratos. *pop. & hom. 30. in Acta. Hom. 33. in Corinth.*

Vitam rectam optimum ſyllogiſmum.

Concionatores qui humiliter aſſentarentur, aut incunda cuique loquerentur, dicebat eſſe cytharædos potius quam concionatores, eſque miſeros, inſolentes, & proditores appellare, non vere *Hom. in Pſal. 115. Hom. 9. ad popul. Antioch.*

Sentiebat morandos eſſe cum charitate errantes, quippe, vt aiebat, *Magnum Doctõr eſt charitas.* *Hom. 30. ad popul. ad Gal. 6. H3.*

Laborioſum eſſe oportere concionatorem, & ſedulum, tanquam Chriſti Apiculam. *6. ad Eph. 16. ad pop.*

Eundem ſciſcitari oportere de moribus populi, non ex curioſitate, ſed ex ſalutis prouiſione. *Antioch. Hom. 17. ad popul.*

Temerarium eſſe qui ſe periculo fruſtra ingereret, cum nulla cauſa, aut neceſſitas poſtularer, *Antioch. De formid. num ageretur, tanta facilitate corpus exuendū. In dicendi quantia*

ptima ho. quanta vestimentum, eum in lectum quis se co-
in Psal. 115. fert.

Rom. 3. ad Tit. Cauendam sacro Oratori in carpentia vitij
iracundiam, sed quod olim Phinees fecit, iugu-

Rom. 6. landum, & non irascendum. Hoc est, sceleru ver-

3. in Timot. bi diuini gladio sine ulla vitiosa animi commo-

Rom. 8. in 1. ad Timo. rione perimenda, ne quis increpationis praeceptu
suam explere videatur cupiditatem.

27. in 1. Co. Inter concionandum personas nominatim non
vint. esse perstringendas, sanare enim oportet errantes,
non efferrare.

Maiorem concionis partem moribus recte im-

pendi.
Tria ad ciuitatis perfectionem esse necessaria,
pietatem ciuium, misericordiam in pauperes, no-

mitatum detestationem.
Ecclesiasti balbutiendum sepe cum populo
quo sit fructuosior.

Eundem oportere summa patientia esse pradi-
tum, & tranquillo animo more piscatorum ex-

piscare, donec pisces se in rete induant.
Caveas omnino concionator à vanitate, &
delicijs, duobus scopolis in illo concionum freto
vehementer periculosiss. Studeat tamen valetu-

dini, quo suo ministerio defungi alacris possit.
Nec facilem, nec omnino auram habe-

at ad ea qua deferuntur crimina.

tia spes omnium maximæ adblandiebantur,
se in solitudines proripuit, vt humanam glo-
riam forti animo calcetam subigeret. Quanto
vero hominum conatu ex ea vitæ quam ele-
gerat tranquillitate ad sacerdotia, curasq; ec-
clesiasticas sit proiectus, nemo nescit. In ain-
plissima porro dignitate collocatus ita lege-
fit, vt, Non sua lagena immolare, quod vetatur
in sacris; sed contentissimo quodam ani-
mi ardore in Dei gloriam niti videretur. Ita-
que plausus & acclamationes oderat, humanas
laudes respuebat; Nullum illi acroama du-
rius quam disertu laudatoris oratio, nihil
modestis auribus grauius quam assentatio vi-
debatur. Contra acerbam exilij ignominiam,
angores animi, corporis iam ætate & mor-
bis confecti cruciatus suas existimabat deli-
cias, & hæc quidem magno conscientie thea-
tro contentus patientissime deuorabat, vt
nec vellet in publicum si posset affluere con-
stantie famam. Nam & in epistola ad Olym-
piadem ait, se in suis ærumnis volitare, &
exultare, quasi ingentes nactus esset diuitias,
rum præcipit, vt hæc contineat, nec cuiquam
enunciet, imò etiam eorum ora qui hæc narra-
bunt comprimant.

Habacuc.
1. 16.

Vide ep. 14-
ad Olymp.

Eiusdem constantia, & grauitas.

CAPVT XXV.

Chrysofomi humilitas.

CAPVT XXIV.

Nitebantur autem eximie virtutes insigni-
nis modestie, demissionisque radicibus,
quam à puero vehementer adamauit,
nam cum parentes pro suæ nobilitatis splen-
dore cum lauto quodam seruitio stipatum
vellent scholas frequentare, totam illam hu-
manarum rerum pompam modestissimus a-
dolefcens repudiauit, & vix eò adductus est, vt
vno duntaxat famulo vteretur. Cumque ma-
gnum illud ingenium quod supra ætatem se
efferebat, non possent homines non admirari,
crebrisque gratulationibus prosequi, obla-
tos sibi etiam tum in hoc primo ætatis limi-
ne magno à scholarum moderatoribus hono-
res terre non poterat, sed grauare adeo sustine-
bat, si qui modo comiter abijci non pos-
sent, vt cum facile intelligeres onera, non
honores gerere. Quamobrem eo tempore quo
de ingenij claritate, præstantissimaq; eloquen-

VERUM, vt cum de rebus ipsius ageretur, ni-
hil erat humilior, sic vbi Dei causa & re-
ligio suadebat, nihil erat altior, nihil
constantius. Equidem miror hominem inter
hæc aulæ fulgura & corruscationes, inter ex-
cussam vim procellarum, inter iactus fulmi-
num, iam ictum, iam fumentem, iam nefarijs
illis tradis in sanctissimum caput injectis ar-
dentem, omnes scelerum machinationes, &
omnes imperiorum fastus, veluti ruentis in se
coeli pondus ineluctabili quodam vigore spi-
ritu excipere.

Quis enim non suscipiat primum magni
illius Ioannis cum Gaina congressum? Venit
homo Arianus Cōstantinopolis Arcadij Im-
peratoris tumens amicitia, magnum aliquid
anhelans, adumbrata bellicarum rerum glo-
ria circumfluens, ingenti militum satellitio,
& Arianis clientibus quasi canum gregibus
vndique succinctus. Et ne quid ad singularem
malitiam decideret, quæ suam scelere potentiam
larum

Vide Theod.
1. c. 32.

Baro. an.
400. 72.

GGGG

larum

Larva quadam ſanctitatis, & quietis publicæ velare nititur. Templum Arianiſ poſtulât, nutat Imperator, angitur, quo ſe verrat neſcit, paternæ quippe pietatis non preſſa ad exigui temporis recordationem, ſed ad omniū ſæculorum memoriã inuſta recurrerant veſtigia: Contra vero terrebant potentiſſimi hominis artes, qui ſi repulſam ambitioſo ſtomacho minus concoqueret, verendū erat ne ſummam auctoritatem, quaſi arcum intentum in Imperatorem venderet, & res imperij iam cõcuſſi, non mediocriter auerteret: Accerſitur Chryſoſtomus ille antea contemptus, & paſoſus Anachoreta, prodiit in medium, congregitur, pugnat, reprimat furorem, frangit audaciam, arrogantiffimum hominem quaſi puerum virga cõnpeſcit. Tum fremente inuidia, exultante noſtra religione, faſcente celo, bonis omnibus plaudentibus, hæreticorum petitioni ſecuram iniicit, & Duceſ in numeroſo militum ſatellitio terribilem, in ea ipſa viſe, in qua iam ſibi pœſe ſedem moliebatur imperij, vagum, contemptum, eiectum, baſilicæ atque adeo ſacrarum religionum immunem, iriſum, extorrem facit. Tanra eſt, & tam efficax inermis ſacerdotis pro Deo armata conſtantia.

Quid deinde, quomodo flagitioſos primariorum hominum mores, & quomodo effuſam cleri licentiã, quomodo ſuſceptiſſimas ex veteri illa inhumanitate oppreſſorum *Harpjas*, à quibus tenuis plebeculæ ſanguis innocentiffimus exſugebatur, fuerit infectatus, quam acer, quam velox, quam animoſus illis obſtiterit, quis ignorat? Sed quia palmarium obtinet conſtantia, celebris illa cum Auguſta concertatio, lubenter cætera prætereo. Coniux Arcadij Eudoxia mulier, & ſexu ipſo, & ſupra ſexum arrogans, ingenio ſeuæ, ira effrænata, auaritia inſatiabilis, imperij præterea auctoritate quaſi ſuſceptiſſimo telo in omnes bonos armata.

*Zoſim. l. 5.
eam deſcribit.*

*Socras. l. 6.
c. 16.
Zof. l. 8. 20.
Baron. ad
an. 404. 3.*

Primùm Eunuchorum, & muliercularum ſepa famulitio, deinde furioſorum ſatellitum, & quod milerius eſt pudendorum Episcoporum ſeruilibus adiuta miniſterijs Chryſoſtomum aggreditur, nec iam Callitropes vineam, & pauperum prædiola deuorat animo, ſed in ipſas aras, & æterni numinis honorem iniurioſa, ſtatua illam argenteam luſtuoliſſimæ tragœdiæ, & acerbiffimorum dolorum fontem, non longè à tremendis Dei altaribus dedicat.

Hic hominum concurſus, hic plauſus & clamores, hic ſalutorum & hiſtrionum ſpectacula, hic ſemimortuæ profanæ gentilitatis reliquæ excitantur. Quid faciat Chryſoſtomus? aſſentetur? præmium eſt aſſentationi propolitem ampliſſimum ſanè ſacerdotium: contra ſi reſiſtetur, non eſt tam ignarus rerum atque inſolens, vt non videat impotentiffimæ mulieris furias omnes eſſe excipiendas, & aut vitam extorrem ſubeundam, aut mortem forti animo oppetendam. Sed tacere non poterat, quem humana maior de celo vis animabat, obſiſtit, arguit, increpat, Auguſtam Eccleſiæ aditu prohibet, non illum dradematis fulgor perſtrinxit, non ſatellitum minæ teruerunt, non inſlexerunt amicorum læthymæ, non conuſantium aduerſus ſe Episcoporum fremitus inſregerunt, non mouerunt iniquiſſima in inſontis caput coniurata toties concilia, non exilia, non ſolitudines, non azma, non cruciatus, Archiepiscopum de illo altiffimo conſtantia gradu deiecere, omnes ſuo corpore exceperit in ſe coniectas volitantium quaſi furiarum faces, omnia vidit, omnia pertulit, omnium telis vnum caput oppoſuit, vt ſi poſſet concitatum in Eccleſiam incendiũ ſuo cruore reſtingueret.

Eiuſdem Zelus.

CAPVT XXVI.

ERAT porro beatiffimi viri pectori fax quædam diuini amoris infixæ, quæ noctes dieſque nouis ignium ſucceſcens aliimentis, ſuas vadique terrarum flammam ventilabat. Amor ſcilicet ille eſt, quo tanquam ſpirabili natura viuunt Angeli, quo ſancti inardescunt, quo quicquid eſt puriorum in terris mentium validiffimè ſauciatur. Atque vt cælum pro igne ſolem habet reliquorum moderatorem luminum, fontem lucis, fontem que ardoris ſempiterni. Hic vero mundus inferior naſtus eſt illud elementum aere ſuperius, cuius inter cætera potentiffimus eſt dominatus. Sic is qui à nobis videri non poteſt, intelligi tamen poteſt, mentium quidã à concretione corporis ſecretarum mundus, pro Sole & igne, pro flammis & radijs vnica Amorem ſortitus eſt purum, velocem, æthereum, ſynceram quandam diuinitatis portionem, cuius beneficio mortales penè in ipſam Dei

Dei

Dei naturam transfunduntur.

Hoc amore deflagrabat Chrysoſtomus, qui commodatus videbatur, non datus his terzis, vt in animos hominum eas quas ipſe de celo hauſerat faces, perpetuo quodam motu ſpargeret. Quamobrem tam diu hic aſſit, quādiu vixit, & quoad licuit, inſtar puriſſimi ſideris creditum ſibi orbem luſtrauit, dedit obſcuris lucem, ægris medicinam, miſeris ſolacium, falſiſſis gratiam, omnibus ornamentū, atque naturam.

Et certè mirum eſt quo pacto vir ille curis animi, corporiſque laboribus confectus, hoc ſedis triennio tanta geſſerit, quanta vix crederet poſteritas, niſi incorrupta hiſtoriarum fides teſtaretur.

Fuerunt illi tam breui annorum curriculo, aduerſus hæreticos Catholicosque Episcopos, tyrannos, barbaros, ipſam demum Eudoxiam, quæ omnes immanitate ſuperauit, crebra, & formidoloſa certamina: Is tamen inter tot rerum aſperitates, quæ fortiſſimi cuiuſque animum frangere, atque induſtriam debilitare poſſent, non modo non elanguit, ſed alacrius etiam ſuorum laborum curſus incitauit, & quæcumque ab optimo, ac vigilantiffimo Epifcopo erant expectanda, hæc ſumma fide, incredibili conſtantia, fruſtu etiam copioſo ſuo gregi præſtitit. Quanto autem amore hunc diligeret, cuiuſque ſaluti proſpectum cuperet, teſtantur etiam illæ voces ex homilia quadrageſima quarta in Acta Apoſtolorum.

Iam (inquit) Dei gratia nobis tertius in hoc munere exactus eſt annus. Per triduum, vt ſentis, ſæpe etiam per ſeptem dierum ſpatium hortamur, monemus, reprehendimus, increpamus, lacrymas fundimus, quas malo tamen ne quis in deteriorem partem capiat, meæ ſolitudini quam pulpito credere. Iam eō ſum adductus, vt propè mihi de mea ſalute deſperandum ſit, quorūm? quia dum me vobis impendo, dum res veſtras deploro, dum totus vobis ſeruo, ſit, vt nec mea lugeam, nec planè curem, ſi vos obtemperatis, præ lætitiæ dolores & cruciatus meos non ſentio, ſin minus: etiam is qui inde redundat dolor, mearum miſeriarum ſenſum obtundit.

Et in ſermone, antequam iret in exilium, iſta ſunt ardentiffimi affectus. Vos mihi Patres, quo pacto poſſim omnium veſtrum obliuiſci? Vos mihi vita, vos mihi ſplendor nominis, vos gloria patrimonium. Et ego veſtri

cauſa paratus ſum, vt milles mactet, nec vllā exiſtimo hinc me exhibere gratiam, quando ſic demum debito munere perſungar.

Quantum autem rerum hoc amoris perpetuo deflagantis ardore geſſerit, eius acta de-clarant.

Huius ſuaſu Arcadius Imperator, cum intellexiſſet complures ſuorum, vel in aula militantium, vel magiſtratibus fungentium, eſſe hæreticos, & ſpeciem duntaxat prætulſſe Catholicorum eodem magiſtratibus pulſos, pecuniæque multatos penitus repudiauit. Huius opera Scythæ Arianiſ erroribus irrenti, poſtquam eum per interpretem verba facientem audiuerit, reiectis erroribus in Eccleſiæ Catholica ſinum confluxere. Huius induſtria Nomades mitioribus ingenijs imbuti, ſanctiſſimas religiones à viris Apoſtolicis, quos in illam regionem Chryſoſtomus delegauit ſuſceperunt. Huius ſtudio Marcionitarum hæreſis nondum in fomite præſocata, ſed peſtiferas ventilians flammæ, Imperatoris edicto compreſſa eſt. Huius ſtudio monachi in Phœniciam, non ſine diplomatibus Imperatoris ad demolienda idolorum fana, cum operis quibus mercedem Chryſoſtomus lectiſſimarum Matronarum ſumptibus procurauit, miſſi ſunt. Et ne quid vacaret eius charitas incredibilis, quæ nunquam ſolet terriari, ipſe inſer ſui exiſij acerbiffimos tanè dolores, captiuos ex ſtrais barbaris redimebat, fuiſque reſtituebat ſedibus, tum egentia turbæ corrogatis quibus poterat pecunijs humanarum ſolatia miſeriarum ſuppeditabat.

Eius ingenium, & facundia.

CAPVT XXVII.

Eius ingenium ſtatim atque perſpectum eſt. Eplacuit, & digna viſa ſunt opera, quæ in arce eloquentiæ ponerentur. Iſidorus Pe-ruſiota in epiſtola ad Orphelium, commendat in Chryſoſtomo lingue facundiam, ſententiarum pulchritudinem, argumentorum denſitatem, quæ in ipſo etiam adoleſcente doctiſſimos viros ait ad ſuperiorem viſque demiratos.

Quanti verò Chryſoſtomi eloquentiam ſecurit Libanius, ea tempeſtate ſophiſtarum omnium maximus, teſtatur eiuſdem epi-

ggggg 2

Marcus
Diacon. in
actis.

Porphyr.
Baro. an.
400.
Theod. l. 7.
630.

Theod. l. 5.
c. 9.

quæ
ipſis
ipſis
ipſis

folia ad Ioannem, quæ apud Iſidorum quoque legitur his ferme verbis.

Cum pulchram illam tuam, & elegantem orationem accepiffem, viris quibusdam, qui & ipſi ſunt orationum opifices, atque archiæcti eam legi, quorum nullus omnino fuit, qui non gaudio ſubſiliret, & acclamaſſet, & ea omnia faceret, quæ homines admiratione percuſſi, & quaſi attoniti facere ſoleant. Ego igitur eo nomine vehementer lætor, quod ad forenſem operam in qua arte ſpecimen edis ingenij, demonſtratum quoque dicendi genus adiunxeris. Atque te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem ſaarum laudum præconem nacti ſunt. Patrem ſcilicet qui imperium dedit, & filios qui acceperunt. Baronianus hanc orationem tantopere laudatam à Libanio, ſcriptam putat à Chryſoſtomo in laudem Valentiniani ſenioris, & eius filio-Gratiani, atque Valentiniani, quo tempore Ioannes annum ferme ætatis vigefimum primu agebat.

Et primæ quidem illæ viſæ ſunt, ſurgentis veluti ingenij faces, at poſtquam clariffima indoles cæleſtis ſapientiæ nobilitata eſt inſtrumento, ea dixit, & ſcripſit quæ cum ſingulari admiratione memoria ſæculorum intuebitur. Quis enim ſecunditatem illam ingenij vehementer non miretur, cum Nicephorum Calliſtum audiat prædicantem, ſe mille Chryſoſtomi libros legiſſe, & ſuam afferentem eundem tot exaraiſſe volumina, vt percenſeri numerus facile non poſſit.

De eius ſtylo Anianus videtur præclare iudicaſſe cum dixit. Chryſoſtomus illud quaſi peculiare cuſtodit, ac proprium, quod cum ſemper ſollicitus ſit, ſemper vigilans, & noxij ſtuporis inimicus, nuſquam tamen eius oratio in pompam eleuatur dicentis, ſed tota ad vtilitatem aptatur audientis. Eſt enim ſtylus ipſe Eccleſiæ auribus accommodatus, priſcum illud, ſed eruditum dicendi genus exprimens, mediis, æqualis, maturus, pudicus, alienus ab omni iniuriæ culpa, pompaque luxuria, non ſquallidus quidem, nec tamen floridus, non impolitus, ſed neque nimia ſubtilitate limatus, non aſperitate horridus, nec tamen amœnitare laſciuus, maximam vbique copiam, admirabilemque indicans facultatem, nuſquam tamen ambitionem. Eo ſit, vt eum magis ſimplex lector intelligat, & laudet diſertus. Denique & S. Baſilii admirabilem

illam curam loquendi, & plauſibilem Antiochi pompam, & ſublimem illum Gregorij cothurnum facile intelligas, hac Ioannis mediocritate ſuperata.

Hæc ille appoſitè quidem & verè, hanc enim dicendi rationem præcipuè conſectatus eſt Chryſoſtomus, quamquam ſi propius rem conſiderare velimus, nullum præfecto inuenimus genus eloquentiæ, nullam elocutionis virtutem, in qua non ſit eximie verſatus, quod lubet aliquot eius exemplis comprobare.

Chryſoſtomi grauitas in dicendo.

CAPVT XXVIII.

Lumen illud beatæ orationis Chryſoſtomi ſemper magis cordi fuit, quam in conſiſſo dicendi genere contorta ſententiarum grauitas: neque tamen omnino hac eloquentiæ forma caruit, ſed cum apud Principes viros agendum fuit, in ponderoſam ſententiarum denſitatem orationem collegit. Tali ſunt quæ contra Cainam fertur ingenti animo dixiſſe. Erras Caina ſi amicitiam Imperatoris in tuæ impietatis ſatellitium conuertis. Non licet Imperatori facere quod petis, non licet ei, qui pietatem colere inſtituat, contra ſanctiſſimas religiones aliquid moliri. Templum tibi in vrbe dari poſtulas? En tibi apertum eſt, ingredi, preces funde, nemo prohibet.

Sed alterius eſt ſectæ, (inquis) & adæ ſacræ tibi opus eſt, in qua cum tuo comitatu rebus diuinis opereris. Quo nomine hoc requiris? Maiora ſunt ea ſcilicet quæ pro imperio militiæ geſiſti, quam quibus tan illam gratiæ denegetur. Tu igitur nihil te præmiorum putas dignum his rebus geſiſtis accepiffi. Vnde hæc Ducis dignitas? vnde nomen Conſulatus? Nihil dico inſultandi cauſa, ſed tamen modertiæ tuæ eſt cogitare quis nunc ſis, quis olim fueris; quæ antea tibi egeſtas, quæ nunc rerum omnium abundantia, & vt paucis dicam, quo nunc cultu incedas, & quibus antea veſtimentiſ indurus Iſtrum traieceris. Si tuorum officiorum meminiffi, tot vero beneficiorum eſ oblitus, ingratus eſ.

Hæc planè ſapiunt mentem excelsam, grauiſſimisque cogitationibus exaggeratam, nec minus habent noſcentias, & grauitatis, quæ apud

Anianus
ad Hieron.
ſium Epif.
copum. vi-
xi an. 400.
vide Sig-
herum.

Exprefſa
iis qua
Theodor.
habet l. 1, c.
32.

apud ipsum Imperatorē dixit contra Arianos.

Metaphr. in vita Chryf. Karon. an. 400. 89.

Dicit (amabo) imperator, si quis huic pulcherrima corona, quam geris in capite, quosdam abiecit, & obscuros lapides inter clarissimam gemmarum lucem inseruisset, videretur hoc tibi esse tolerandum? Cumque animos hac petitione suspensos tenuisset, ipsumque haberet Augustum dictis annuentem, tum assumpsit.

Tu vero non existimas Deum irasci, si in hac ciuitate, in hoc Imperij & gloria domicilio, inter hunc syncerum bonorum castrum, tam diu patris correptam, & depositam partem residere? quosane dicto tanta efficacitate in ipsius Imperatoris pectus penetravit, vt Arianos imprimis nobiles vire expelleret.

Maiestas Eloquentie in Chrysofomo.

CAPVT XXIX.

Typus de incomprehensibil. Dei nat. ad popul.

Solent nonnunquam in argumentis speciosis versari, & in ijs remissa tantisper conuentione sermonis, quem ὀλίγον ἄνωγει, vocat plenius se diffundere. Talem sunt sermones de incomprehensibili Dei natura, in quibus se ait celestes chorae duxisse, quasi in florentissimi prati amoenitate, ἡσυχίᾳ ἐν λιμῶνι τινι. Nec immerito, fertur enim, & vocalat, & longè supra populares sermones erigitur, dum agit de illa συγκατάθεσι, & de natura Angelorum, eorumque cognitione: hæc maxime Dionysium sapiunt.

Oration. 2. aduers. Iudaos.

Εἰδὲς καὶ ἐν τῇ ἐκείνῃ συγκατάθεσι, ἀλλ' ὁμῶς, καὶ αὐτῶν αἱ δυνάμεις καλῶς ἐστὶν ἐαυτὰς ταῖς πύργους, δι' οὐδὲν ἕτερον. ἢ διὰ τῆτο, καὶ τοῖνε θρώματα, καὶ γνωστικῶματα, καὶ καθαρίματα, quanquam de illa συγκατάθεσει, prudenter mens Chrysofomi intelligenda est, ne quid subit erroris. Sed non hic interpretandi locus, hæc obiter perfringimus.

Serm. 3. de incomprehensibil. Dei nat.

Elucet præterea eius maiestas in narratione, & hypotyposi splendorum historiarum ex biblijs, quales sunt de miraculis in Aegypto, supplicio triumphorum, & similibus, sic enim ille oratione, quod nemo læditur, nisi à seipso, quæ quia Græcè longiora sunt, Latine subiicio.

Διατείχιζε τὴν φλόγα νεφέλη.

Determinabat enim flammam nubes vndiq; impendens, & omnibus illis populis gesta-

toriz domus instar erat. Neq; verò noctu face indigebant, quæ tenebras discuteret, sed erat eis columna ignis, fons stupendæ lucis in duplicem vsum, tum vt lucretet, tum vt iter dirigeret. Neq; enim lucida duntaxat erat, verum etiam omni-viæ duce certius infinitum illum populam per saxa, & solitudines ducebat. Ibant nō terra solum, sed etiam mari quasi terrā. Ausi sunt transcendere fines naturæ, cum sanctum pelagus pedibus peragrarent, quasi per firmam petram iter facerent. Cumque illis substratum esset elementum illud, solidam terram, camposque supinos, & agros imitabatur: cum verò hostes exceperet, tum maris vices exequabatur. Illis quippe fuit vehiculum, hostibus ipsorum sepulchrum, illos summa cū facilitate transfudit, hos maxima cum vehementia submersit. Qui fuerat hætenus sine lege aquarum impetus, vitorum ratione preditorum atque prudentissimorum ordinem, & obsequium præ se ferebat, cum iam custodis, iam carnificis vicem obtineret, vnoq; die contraria repente præfaret.

Quid commemorem petras, quæ fluuios effuderunt aquarum? quid nubes volucrum, quæ corporum multitudine terram texerunt? Quid miracula parrata in Aegypto? quid prodigia quæ contigerunt in solitudine? quid trophæa, & incruentas victorias? Tanguam enim choreas ducerent, non bellum gererent, ita aduersos domuerunt, ac dominos quidē suos sine armis superarunt, qui verò extra Aegyptum cum ipsis pugnarunt, eos tubis cavendo psallendoque vicerunt: & totum illud spectaculum chorea potius erat, quam bellum, initiatio magis quam pugna.

Et de fornace Babylonicæ.

Quid verò illorum trium puerorum, dic mihi, virtuti superfusa tor mala offerunt? an non adhuc adolecentes, & admodum quidem teneri, immatura ætate graue illud subiere supplicium, & diurnam captiuitatem, à patria, domo, templo, altari, sacrificijs, libationibus, ab ipso quoque Palmiorum cantu. Non enim illi domo duntaxat eant ob causam arcebantur, sed multa quoque diuini cultus interdicebantur genera. An non barbarorum manibus dediti sunt, lupis potius, quam hominibus, & quod est grauissimum, in tā longè distitas, ac barbaras abducti terrarum oras, in seruitutem grauissimam, non magistrum habebant, non Prophetam, non Principem? Non enim est, inquit, Princeps, neque Propheta.

In tract. quod nemo laeditur, nisi à seipso.

Amplificatio à seipso. A re, exilii grauitas.

ἐφ' ἧν γι-
μων ἔ, ἐπι-
δίδων.
Periculi
ἐπιμαρτυ-
δο.

τῶν βουτι-
αῶν ἁγίων
πραγμάτων.

ἐπιμαρτυ-
δο.

Suspendit
animos.
Plena ma-
iestatis am-
plificatio.

Per subie-
ctionem.

neque diu, neque locus sacrificandi coram te,
& inueniendi misericordiam. Quin etiam in
domum regiam, rāquam in scopulum, ac pre-
cipitium, & pelagus saxi petri que sub aqua
latentibus refferunt, introducti sunt, sine gu-
bernatore, sine proreta, sine nautis, sine velis
suum illud mare nauigare coacti, atque in
aula regia, tanquam in carcere inclusi. Cum
enim philosophari noscent diuinitus, rebus
humanis, & omni vanitatis fastu superiores,
accessionem malorum, etiam illam commo-
tationem esse existimabant: Si enim foris fu-
issent, & in domo priuata, maioris liberta-
tis spes affulserat: verò introducti in illum
carcerem (carcere namque omnem illam splē-
doris, & magnificentiae speciem, & præcipi-
tium scopulisque nihil confabant esse melio-
rem) continuo grauem difficultatem sustine-
re. Rex enim eos suae illius Sybariticæ impu-
ræque, & prophanæ mensæ iussit esse parti-
cipe, id quod eis interdictum erat, & morte
grauius videbatur: ac soli velut agni in medio
tor luporum erant inclusi. Necessè erat aut
fame tabescere (imò verò ad mortem rapi) aut
prohibitos cibos deguitare. Quid ergo faciūt
iuuencs, orphani, captiui peregrini, serui illo-
rum qui hæc imperabant? Non existimauerunt
necessitatem sibi ad defensionem sufficere,
neque tyrannidem eius, penes quem sum-
mum erat imperium: sed omnia moliantur,
vt peccatum effugiāt, omni licet ex parte de-
ferti. Neque enim pecunijs persuadere pote-
rant, vt potè captiui: non amicitia, & familia-
ritate, vt potè peregrini: non potentia supe-
rare, vt potè serui: non multitudine vincere,
vt potè tres tantum.

Accedunt igitur ad Eunuchum, qui eam
potestatem obtinebat, eique verbis quod cupi-
unt persuadent, hominem timidum, deque
salute sua sollicitū, & metu mortis penè ex-
animatum: *Timeo enim ego,* inquit, *dominum
meum Regem, ne quando videat vultus vestros
vestri. Et condemnetis caput meum Regi: Eo
timore liberant, vt daret ipsis eam quam pete-
bant gratiam. Ac postquam omne officium fe-
cissent, Deus quoque deinceps fecit suū. Ne-
que enim solius Dei erat præclarum illud sa-
cinus in his, quorum gratia mercedem illi e-
rant accepturi, sed exorsia proficiscebantur
ab illorum animo, quem cum præstitissent
generosum ac fortem, Dei fauorem sibi con-
ciliarunt, & ad finem, quod moliebantur, per-
duxerunt.*

Vides, qui se ipse non lædit, ei neminem a-
lium detrimento esse: Ecce enim nec iuueni-
tus, neq; captiuitas, neque orbitas, neque exi-
tios, perfructuosum, nec solitudo, & destitutio eorum, qui
ab ipsis starent, nec mandati graue, nec mag-
nus mortis timor, qui eunuchi oppresserat a-
nimum, nec paupertas, nec paucitas, non de-
nique quòd in medio barbarorum essent, non
quòd hostes haberent dominos, non quòd in
ipsius Regis manus essent traditi, neque cog-
natorum omnium absentia, neque Sacerdo-
rum, & Prophetarum & aliorum, qui curam
iporum gerebant alienatio, nec libationum,
& sacrificiorum cessatio, neq; templi & Pal-
morum ereptio, neque quidquam horum eis
nocuit: sed tum maiori gloria fuerunt, quam
cum ijs rebus in patria sua fruerentur. Hoc
primo certamine perfecto, insigni corona re-
dimiti, lege in aliena quoque regione seruata,
conculcato tyranni mandato, victo demonis
terrore, neq; villo vlla ex parte damno affe-
cti, quasi domi sederēt, & omnibus illis frue-
rentur, opere ita libere perfecto, ad alios tur-
sus agones sunt vocati.

Iterum erant eidem, & certamē priore dif-
filius ipsis proponebat, caminus incende-
batur, barbaricus aduersus eos exercitus cum
Rege instruebatur, velut in acie, tota Persica
potentia incitabatur, omnia ad vim, ac frau-
dem, ac vim ipsis afferendam comparabantur,
diuersa cautionum genera, variae suppliciorū
formæ, minæ aspectus omni ex parte terri-
bilis, & verba aspectu terribiliora: sed tamen
quoniam semetipsi non prodiderunt, sed om-
nem suam operam contulerunt, nihil vn-
quam damni acceperunt: qui etiam coronis
quam priores fuerant, illustrioribus redimiti
sunt. Vinxit enim eos Nabuchodonosor, &
in caminum coniecit, non tamen damno,
quin potius etiam commodo affecti, & illu-
strioribus reddidit. Cumque nec templum (ite-
rum enim eadem dicam) neque altare, non
patriam, non sacerdotes, non Prophetas habe-
rent, in aliena, & barbara regione, in medio
camini, totiusq; illius exercitus, Rege harum
rerum auctore spectante, splendidum
statuerunt trophæum, & insignē
reportarunt victoriam, quam
omnium sæculorum
memoria cele-
brabit.

PERE-

ovadpariū,
sen repeti-
tio, perfruc-
tiosum, perfructuosum.

Secundus
agon
supplicij

Vides idem
ter per com-
morationem
reperitum,
quod in illa
amplificati-
one sacra-
lium.

Vehementia Chrysofomi.

CAPVT XXX.

Vehementia mir. orat. i. in Iuda. Fict. & fundat.

Praeclare omnino Chrysofomus oratione z. aduersus Iudaeos comparat concionatores cum pastoribus fistula simul, & fundam instructis. Itaque quamdiu noxia belluae nihil afferunt molestiarum sub ilicem, aut populum strati, fistula canunt, sinuntque oues liberè, & pro suo arbitratu pascere: Verum simul atque sceleratè alicunde luporum incursionem imminere, mox abiectà fistulà fundam arripiunt, & omisso calamo fustibus, & saxis obarmant sese, proque septris consistentes, magno emisso iubilo, ingentiq; ylulatu vociferanter, frequentes ipso clamore feram priusquam irumpat, abigunt.

Hoc ipse sapissimè praestat, modo enim ad piarum solatium, & coelestis laetitiae fructum, suauissimis fluit orationis lenimentis, modo in hominum flagitia, & errores, aculeos potentissimos exercit. Plenus est illis exemplis, nec diu nobis in profluente quaerenda est aqua, vide quo spiritu in adulteros haec dicat.

A malis conuiujs mala vobis libidines, hinc vxores contemptae, hinc scorta in pretio, hinc domorum euersiones, hinc scortum, ac deorsum voluuntur omnia.

Deinde.

Puro ac illimi fonte relicto ad cloacarum coenum curritis. Coenum quippe scorti corpus esse nemo negarit, vel te ipsum testem aduoco, qui in ijs sordibus es volutatus, tuā conscientiam appello. Deinde non erubescis flagitium, non imputum te, non foedissimo crimine contaminatum vides, *Mox etiam pugnat acris.*

Quid feminas, quod metere non licet: imo si messueris multum tibi dedecoris fructus afferet. Nam si peperit, tibi dedecus peperit, & puero magnam iniuriam, qui propter te motus, & ignobilis nascitur. Cui etiam si innumeras pecunias reliqueris, adhærebit tamen macula dedecoris tui, & propter te infamis domi, in vrbis infamis, in foro infamis, siue ex scorto sit, siue ex ancilla futurus est. Tibi vero non vides perpetuam quoque inde infamiam creati, quam neq; viuus, neq; mortuus elucet, etiam cum ex istius impuri cor-

poris vinculis excefferis, manebunt tamen post te tuae turpitudinis monumenta.

Tandem crimen auget à consequentibus.

Quid igitur & te, & omnia hoc dedecore afficis, quid feminas aruum sterile, infrugiferū, atque vitiā nō ipsum suos fructus perimeret. Sed prohdolor! Saepè ante generationem caedes, scortum non permittis, vt scortū tantummodo maneat, sed ex meretricè facis homicidā. Sic ex ebrietate scortatio, ex scortatione adulteriū, ex adulterio egdes, imo quidpiacēde immanius, quod quo verbo dicā nescio, ad enorme facinus, portentoso quodam vocabulo opus est. Caedes quod natum est occidit, hoc ne nascatur prohibet. Tu (& quis! & quantum) donum Dei infamia, atque dedecore corrupis, tu naturā repugnas legibus, tu generationis promptuarium homicidiorū officinam facis, & mulierem, quae ad generationem sobolis data est, ad necis artificium instruis. Nam *infra libidinum victima*, vt amatoribus perpetuo sit accommodata, & amabilis, & plus interim pecuniae corradat, intrepide facinus aggreditur. Et tu in mulierculam culpam reijcies, tua fraus, tuum scelus est, tu facies, & flammam in tuum caput congestisti.

Quid dicam ex adulterijs pullulare idolatriam? Multa siquidem vt amentur, incantationes, & libamina, & phylra innumeraq; alia machinantur. Mox etiam parantur venena non fornicario vtero, sed vxori miterae, atque innocenti innumerae struuntur insidiae, & Daemonum inuocationes, & mortuorum incantamenta, & bella quotidiana, & assuerq; contentiones, & odium inexpiabile.

Deinde rem indifferentem etiam mariti ipsi libidinem purant. Haec oratio planè grandis, plena lacertis, & viribus.

Homilia septima in epistolam ad Colossenses acerbè inuehitur in luxum mulierum, quae sibi matulas argenteas faciunt, his verbis.

Quid vero mulieres? (pudet quidem, sed tamen necesse est dicere) matulas faciunt argenteas; oporteret vos pudere, quae haec facitis, Christo esuriēte tu ita indulges delicijs, imo vero dementia: Quasnam haec luent pœnas? Deinde rogas, cur latrones, cur parricidae, cur mala, cum Diabolus, vos ita agit, atque discerpit?

Nam mensas quidem, & discos habere argenteos, ne hoc quidem animo conuenit rectè philosophanti, sed totum est deliciae. *MANA.*

Multa huiusmodi in idem argum. hom. 3. de penitentia. l. 1. 1. hō. de David & Saule vehementer inuehitur in spectione.

Hom. 24. in epist. ad Rom.

Luxuria infectatio. Iam adulterij & fornicationis.

mundam autem vafa facere argentea, nunquid eſt luxus, nunquid inſania, vel ſi quid inſania peius eſt. Scio derideri ab iſtis delicatis hanc orationem meam, ſed dum proſim nihil curo.

Magnam re vera amentiam, magnum furorem procreant diuitiæ, vellent (opinor) ſi fas eſſet, terram eſſe auream, & parietes aureos fortasſe, & cælum, & aërem ex auro. Quis furor, quæ amentia, quæ febris?

Luxus mulierum carpiuntur.

Alius perit frigore, qui factus eſt ad Dei imaginem, & tu matulas argenteas fabricaris. O factum, & arrogantiam! quid amplius feciſſet inſanus, ſcilicet tanti facis excrementa, vtea argento excipias? Scio vos audientes obtorpeſcere, ſed obtorpeſcere debent, quæ hæc faciunt, & viri, qui morbis huiusmodi deteruiunt. Eſt enim hoc intemperantia, & crudelitas, & inhumanitas, & feritas, & petulantia.

Quæ Scylla, quæ Chimæra, quis Draco, vel potius, quis Dæmon hoc fecit? Quid prodeſt Chriſtus? quid prodeſt fides, cum toleratur aliquis ex gentibus, imo verò nõ ex gentibus, ſed ex Dæmonibus: ſi caput non eſt orandum auro, & margaritis: qui argento vitur ad tam immundum miniſterium, quam aſſequetur veniam? Non ſufficiunt reliqua, quamuis nec illa ſunt toleranda: Cathedræ, & ſcabella ex argento omnia. At qui hæc quæque ſunt amentie: ſed ubique eſt factus ſuperuacaneus, ubique inanis gloria.

Ego vereor, ne ab hac inſania longiùs progrediens ſexus muliebriſ monſtrorum formam ſuſcipiat. Veriſimile eſt eas cupere, pilos quoque habere aureos. Aut fateamini vos eò, quod dictum eſt, nihil eſſe affectos, & excitatos, & incidiffe in concupiſcentiam, & niſi pudor retinuiffet, non recuſauiſſetis.

Nam ſi auderis ea, quæ ſunt his abſurdiora, multo magis exiſtimo eas pilos aureos eſſe deſideraturas, & labra, & ſupercilia, & auro liquefacto totas illimi, ſi autem non creditis, & exiſtimatis me ridentem dicere, ego narrabo, quod audiui, imò verò nunc quoque eſt: Rex Perſarum barbam habet auream ex lamellis aureis inſtar pilorum diductis, ſed iacet tanquã monſtrum. Magna tibi laus Chriſte, qui nos, & ſanos feciſti, & iſtis monſtris liberaſti.

Perſarum Regis barba aurea.

Animaduertere hic epicheiſmatũ denſitatem, pugnacis animi calorem, & quaſi incuſſam vim grandinis; aſpergit tamen etiam iro-

nijs orationẽ, quæ ſunt huic argumento peccomode, inde, nec minus acer eſt, & plus habet *γοφρόν*.

At homilia de Dauide, & Saule grauiter inuehitur in eos, qui frequentant ſpectacula.

Non metuis, non expauceſcis, dum oculis, quibus illic lectum eſt, qui eſt in orchestra ſpectas, ubi deteſtandæ adulteriij fabula agitur, iſdem hanc ſacram menſam intueris ubi tremenda peraguntur myſteria? Dum iſdem auribus audis, & ſcortum obſcœne loquens, & Prophetam, Apoſtolumque ad arcana ſacerarum litterarum introducentem? Dum eodem corde, & lethalia ſumis venena, & hanc hoſtiam ſanctam, ac tremendam?

Auſteritas.

CAPVT XXXI.

Habet quoque ſæpè multum in carpendis vitijs auſteritatis, ubi nulla lenimenta adhibet, ſed ſtatim vit, & ſecat, vt violentum morbum violento remedio opprimat. Tale eſt illud ex homilia 7. ad Colofſenſes.

Ecce ſuadeo, & iubeo, vt & faciei ornamentum, & eiufmodi vafa conteras, & des pauperibus, & nunquam in poſterum inſanias. Qui vult reſiliat, qui vult accuſet, & reprehendat: nullum parior. Quando ſum iudicandus ſtã ad tribunal Chriſti, procul vos ſtatis, & quæ a vobis exiſtit gratia, me reddente factorum rationem.

Procul hæc verba. Caue ne diſcedat, & in hæreſin deficiat, eſt imbecillus, te dimitte & te ei aliquantiſper accomoda. Quo vſque? ſemel, & bis, & ter, non perpetuò. Ecce ruruſ nuncio, & cum beato Paulo teſtor, & obtęſtor, quod ſi ruruſ venero non parcã.

Quæ eſt hæc mollicies, quæ delicia, quæ contumelia. Contumelia enim eſt non delicia. Quæ amentia, quæ inſania? Tot pauperes circumſiſtunt Eccleſiam: & tam multos filios habet Eccleſia, & tam diuites, nulli pauperi poteſt opem ferre. Sed alius quidem eſurit, alius verò eſt ebrius: alius quidem in argento egerit: alius autem ne panem quidem habet, quo veſcatur. Quænam hæc tanta inſania: quænam hæc tanta feritas? Contra Heluoc

luones vero agit, non mihi quidem brachio horum: ad popul. Antioch. nunquid maclādi sumus, quoniā nos ipsos saginamus? Quid lautam vermibus mentem opponis? quid maiorem alis saniem? quid scēdus sudorum fōtes reponis? quid ad omnia temeripsum reddis inutilem? Vis occultum acrem ferri? fac corpus robustum. Nescis in lyra fidibus crassam, & immundam ad suauitatem cantus ineptam esse, contra rasam, intensam esse vocalem, & canoram. Quid animam obruis? quid parietē crassissimis fōdibus oblinis? quid fumos, nebulam, & caliginem exhalas?

Et homilia περι τῆ μη προς χάριν διμυγογῶν austerē dixit eos, qui indignē communicant iisdem teneri pōenis astrictos, quibus Christi carnifices.

Οἱ τε ἀνελόντες τὸ σῶμα δεσποτικῶν, οἱ τε ἀκαδέστῳ δεχόμενοι τῆ διανοία, ὁμοίως ἐμπαρονοῦσι τῷ ἐνδύματι τῷ βασιλικῷ. &c.

Qui Dominicum corpus necarunt, tum qui immunda recipiunt anima, partem iniuriam regio inferunt vestimento. Disciderunt quidem illud in cruce Iudaei: coinquinat autem is, qui immunda suscipit anima: itaque licet diuersa peccata sint, tamen aequalis est iniuria.

Suauitas Chrysostomi.

CAPVT XXXII.

I Am verō cum hominum cupiditatem liberius volitantem fregisset orationis laertis, atque viribus, vidissetque animas veluti quodam sidere percussos, de industria mitigabat austeritatem, & abieclā fundā sumebat fistulam. Hoc ipse testatur in homilia, quā περι τῆ μη προς χάριν διμυγογῶν de non concionando ad gratiam scripsit, vbi cum in superiori concione dixisset, eos, qui indignē communicassent, eisdem pōenis daturos, ac Christi carnifices: Quo sermone cum multis acrius perstrictos, ac obstupefactos cerneret, postmodum ita exorditur.

Ἰκανῶς ὑμῶν αἵμα καθήλαμεθα πρώην, & βαδύτερα ἐδώκαμεν τὴν πληγὴν. &c.

Satis opinor vos nuper increpauimus, ac

profundiorē plagam infliximus: Itaque necesse est hodie medeamur, ac mitiora quædam medicamenta apponamus. Hic enim optatus est medicinæ modus, vt non modo sanentur vlcera, verum etiam obligentur.

Quamobrem cum ablegato hoc & in genere dicendi, consulto lenit orationem, vt in floridis fieri solet argumentis, mirificas tunc habet rerum, & verborum suauitates.

Præcipue vero adhibet figuras sententiæ valde splendidas, & delectabiles, qualis est illa antithesis de Lazaro, & diuite Heliuone.

Lazari, & diuitia comparatio.

Nam & Lazarus pauper erat, & admodum quidem pauper; paupertati accedebat aduersa valetudo omni paupertate acerbiore, quæ paupertatem quoque reddebat grauiorem: aduersæ valetudini solitudo, & penuria eorum, qui astarent, atque ministrarent, quæ cum paupertatem, tum aduersam valetudinem faciebat acerbiorem. Horum namque singula per se quoque molesta sunt, cum vero neque qui ministrarent adfunt, maior fit calamitas, seuior flamma, dolor acerbiore, tempestas atrocior, fluctus vehementiores, caminus ardentior. Quod si quis accurate circumspiciat, aliud etiam his quantum accedebat, nempe diuitis in viciuia habitantis licentia, & luxus. Sin aliud etiam quantum vis inuenire, flammæ illius fomitem, id quod in eo perspicue videbis. Non enim duntaxat genio indulgebant diues ille, verum etiam ceterum, tertium, imò verò sæpius in die eum videbat (iuxta vestibulum namque iacebat, spectaculum dirum miserabilis tragediæ, qui aspectu solo, vel ferreum pectus poterat emollire) tamen neq; hoc inhumanum illum ad eam paupertatem leuandam permouit: sed ille lautissimam apponebat mensam, crateras habebat diffuso mero coronatas, nitidos coquorum exercitus, parasitos, & adulatores prima luce, & choros canentium, vina intundentium, risus mouentium: omne genus popinaram excogitabat. Obruebatur vino, & crapula, in luxu vestium, mensæ, aliarumque plurimarum rerum solidos dies agebat: Istrum verò, quem graui fame, morbo acerbissimo, obsidione tot vlcera, solitudine, & malis inde consequentibus in dies singulos premi videbat, ne inanimum quidem aliquando admittit. Parasiti, & adulatores nimis epulis penè dirupebatur; at iste pauper.

In tract. quod nemo laediturn. & seipso.

Diuitia mali luxu

H h h h

& adde

& adeo pauper, tot malis cinctus, nec mi-
 eas ex illa menſa obtinuit, etiamſi vehemen-
 ter optaret; neque horum quicquam eum luſit,
 nam durius eſt obloquutus, non vocem edidit
 maledicam: ſed ut aurum vehementiori igne
 magis purgatum ſplendefcit; ſic etiam ille
 tot rerum aſperitatibus vexatus omnibus fuit
 ſuperior, tam plagis, quàm quæ multis naſ-
 cuntur inde perturbationibus. Si enim omni-
 nò pauperes cum diuites vident, tabeſcunt in-
 uidia, & æmulatione conſciantur, ac vitam
 ſibi non eſſe viuendam exiſtimant, idque cum
 neceſſarius eis victus, & miniſtri ſuppent:
 Ille pauper, & quidem pauper ut nullus alius,
 nec pauper modò, verum etiam æger, quip-
 pe non habebat, qui aſtaret, ut villo eſſet ſola-
 tio, ſed in media vixit velut in extrema ſolitu-
 dine, fame tabeſcebat acerbiffima, illi omnia
 tanquam ex fontibus affluere videbat, omni
 humano ſubſidio deſtitutus, canum linguis,
 ceu perpetua quædam menſa propoſitus (ita
 enim omnia eius membra luxura, ac diſſolu-
 ta erant, ut nec illa arcere poſſet) quam ini-
 quo animo fuiffet, niſi valde generoſus, ac ſa-
 piens exitiſſet? Cernis qui ſe non lædat, eſt
 ab omnibus lædatur, nihil mali perpeti? re-
 petam eum eandem orationem. Quid nam-
 que aduerſa valetudo? quid ſolitudo eorum,
 qui aſtarent? quid acceſſus canum? quid
 mala diuitis vicinitas? quid magnus luxus,
 ſuperbia, & arrogantia illius huic nocuerunt:
 num eum ad ſuſtinenda pro virtute certami-
 na reddiderunt molliorem? quid verò con-
 ſtantiam eius læſe? nihil vſquam; ſed eum
 etiam magis corroborauit, & infinitarum
 ei materia coronarum, acceſſio præmiorum,
 incrementum mercedis, ſeges maioris re-
 muneratiſis extitit illa malorum multitudo,
 diuitiſque crudelitas.

Comparanda deſcriptio ſue antitheſis quæ
 habet de eodem argumento Chryſoſtogus ſer.
 124.

In oratione de ordinat. floridiùs quoque
 renidet, ut in illa ſimilitudine cum dicit in-
 pretioſis vnguentis nihil opus eſſe ſemper le-
 cythum inuergere, verum & ſi quis tantum
 ſuperficiem attingat ſummis digitis, circum-
 ſtantes replet ſuauiſſime fragrantia; ita & in lau-
 dibus, &c. Καν άρας τ' επιφανείας άληται
 τοίς δακτύλοις, τού τε άερα άντχρωσε, &
 τας παρόντας τ' ευωδίας ενέπλησεν άπαν-
 τας.

Chryſoſtomi pietas.

CAPVT XXXIII.

ERat quidem & naturæ facilitate, & opti-
 marum artium ſtudijs ad has orationis
 delicias compoſitus, ſed tamen longe ma-
 lebat in concionibus pia dicere, & ſalutaria,
 quam docta, & ſuauiſſima. Itaque ſiquid illi or-
 natius excideret, quod plauſum hominum ex-
 citaret, vehementer animo angebatur, quod
 declarat homil. 31, in acta Apoſtolorum.

Hoc ſubuertit Eccleſiaſtas, quod & vos non
 quæritis audire ſermonem, qui compungere
 poſſit ſed qui oblectet, & tinnulo ſtreptu, &
 verborum compoſitione quaſi citi haræodes, &
 cantores, audientes: Et nos frigide, ac miſere
 facimus noſtris affectibus obtemperantes, quos
 repudiare oportebat.

Atque idem contingit, ac ſi pater filium,
 quem ſupra modum tenerè amat videat æ-
 grotum. Tum illi quæcumque oblectant por-
 rigat, quæ autem vtilia minimè curet. Deinde
 quando obiurgatur à medicis, rationem red-
 dat, diceas: Quid faciam? ſententiam puerum
 ferre nequeo. Miſer, & ærumnoſe, ac
 proditor, neque enim talem Patrem dixe-
 rim. Et quanto ſatius fuerat modico tem-
 potis interuallo aliquid acerbi perpeſſum
 perfectæ ſanitati reſtitui, quam temporariam
 illam gratiam perpetui doloris fomitem fie-
 ri?

Hoc etiam nobis accidit dū floſculos verbo-
 rum, & compoſitionem, & harmoniam cur-
 ioſius ſectamur, ut canamus, non ut proſi-
 mus: ut ſimus in admiratione, non ut doceamus:
 ut oblectemur, non ut compungamur:
 ut cum plauſu, & laudibus diſcedamus, non ut
 mores componamus.

Credite mihi, non dicerem alioquin, quo-
 niam quando inter dicendum plauſum exci-
 to, per illud quidem tempus humanum quid-
 dam mihi accidit. Cur enim verum quis non
 dicat, & diſtrahor, & diſſondor: vbi autem do-
 mum redeo, & intelligo plaudentes ſine fru-
 ctu abiſſe, & ſi fructum accipere poterant à
 plauſu, & laudibus periſſe ploro, gemo, &
 lachrymor, & quaſi fruſtra omnia dixerim,
 ſic afficior, mihi que ipſi dico: Quæ ſudorum
 meorum vtilitas, ſi auditores è verbis meis, ni-

hil

hil fructus perceperunt. Et sapius quidem cogitavi legem ponere, quæ huiusmodi plausus prohiberet, & suaderet, vt cum silentio audiretis. Sed sustinere oro, & credite mihi, & si placet hæc nunc legem firmabimus, ne quis auditor plaudat quandiu nos loquimur. At si voluerit ad nitari, admiretur silens, nemo est qui prohibet. Omne autem studium, & alacritas in id collocetur, vt quæ dicuntur, accipiantur. Quare applausistis: de hoc legem pono, vos autem nec a udire potestis.

Hæc ille, ex quibus planè apparet, quanto conciones ad pompam, & ostentationem factas odio prosequeretur, tum etiam plausus illos in Ecclesia excitari solitos auerfaretur. Nec immeritò subuersionem Ecclesiarum nominat.

Periculum enim erat non medioere, ne concionator si plauderetur intumesceret; si contra, deiecto animo frangeretur. Itaque vt D. Augustini verbis utar, sicut auræ linguarum flauerant à pectoribus opinantium, ita crebatur, vertebatur, torquebatur, obnubilabatur, summum profecto est miseriam, vbi Præco veritatis degenerat in mancipium veritatis.

Vanitas
miseria.

Item homilia 79. in acta eos reprehendit, qui volunt noua legi, & dici.

Nonitatis
curiositas
perstringitur.

Verum quid dicunt plerique? semper (aiunt) eadem leguntur. Hoc vos maxime perdit. Itaque si quisem sciuissetis illa, neque sic oportebat ab illis recedere, quoniã & in theatris semper eadem fiunt, at tamen non satiamini. Quænam eadem audes dicere? qui neque Prophetarum nomina scis: & non confundere dicendo, ideo non audienda quoniã eadem leguntur? Etenim tu confessus es, quod eadem dicuntur. Ego si hoc protulissim, te sic accusassem: Te igitur oportebat ad aliam defensionem confugere, non ad hanc tuam accusationem. Dic oro, tu non admones filium tuum? Si igitur ille dicat, quod eadem semper inculcas: nonne contumeliam esse putas? Tunc non oportebat eadem dicere,

quando & illa sciuissetis, & operibus declaremus: imo neque tum superflua le-
tio.

Chrysostomi doctrina.

CAPVT XXXIV.

NEmini dubium esse potest, quin Chrysostomus, & ingenio acer, & labore, in studiis semper intentus, & à puero iis excultus disciplinis, quibus ad magnarum artium decora iuuentus informari solet, magnis, tum profanæ, tum sacræ eruditionis opibus fuerit cumulatus. Raro tamen peregrinam doctrinam promit in concionibus, quod si quas historias Ethnicorum afferat, magno temperamento condire solet, vt cum de mala Socratis vxore loquitur homilia 26. in 1. ad Corinthios, neque Socratem, neque Xantippen nominat, sed grauitè insinuat.

1. c. 16. h. mil. 42.

Dicitur quidem certè quidam ex philosophis externis cum malam haberet vxorem, & nugatricem, & conuiciatricem, rogantibus cur eam habere sustineret dixisse vt domi haberet gymnasium, & palestram Philosophia: Erō enim (nquit) cæteris mitior, si in ea quotidie erudiar, cumque à populo in hanc sententiam esset exclamatum, intulit. Magna voce exclamatis, sed ego valde desseo, cum Græci sint nobis sapientiores: nobis qui iussimus Angelos imitari: Imò verò, qui iussimus Deum amulari in ratione mansuetudinis. & homilia tertia aduersus Iudæos, cum varias philosophorum sectas enumerando appellasset Pythagoram, Zenonem, Platonem, Socratem, Diagoram, se excusat, quod ad Iudæorum captiuum se demiserit, non autem ex sui animi sententia fecerit. *Ὁ ἴσχυει τὸ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους συγκαταλαβόντες, & se purgat exemplo D. Pauli, qui Athenis dicturus non ex Prophetis, aut Euangelio, sed ab ara gentili sumpsit exordium.*

Socratis
v. or.

Silentii
cura.

Et Homilia 1. in 1. ad Timoth. Silentium in templis gentium superne inscriptum, coartinebat digito os, & labia comprimebat, prætereuntes omnes silentij sic admonens. Hæc de Harpocrate Aegyptiorum intelligenda, non tamen plenius indicauit: & serm. in concubinariorum: non moueris, scilicet admirande vir, hæc ἀπαθὴς est ijs, qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Ego autem audui

H h h h h 2 quod

quod etiam apud lapides quidam, & statuas passim sunt. Caueat plura dicere, & quae de fatu is amoribus adolecentum narrantur ab histo ricis enarrare.

Vtitur plerumque vocem Hebraicarum in- terpretatione, ex qua conimodè sensus in su- am rem elicit, vt in illo loco genescos, cum Cainum, qui perpetuo tremore multatus est, in naid habitasse sacra hostoria dicat, rectè vaif interpretatur γάλον γην enim est mouere. Et in homilia de mutatione nominum, vo- cem Edeam dicit significare γην περιθίνεν. Quod sumit opinor ab ΓΑΓΓΑ. Inde iubet respon- deri Iudeis quoties petierint quomodo virgo pe- perit: Vos vero dicite, quomodo terra virgo tot, & tanta germina profuderit: At verò in plal- morum enarratione frequenter textum He- braicum consultit, & explicat, ex quo conijci- as illum Graecæ, & Hebraicæ linguæ peritum fuisse.

Homil. 20. in Gen. sup.

In cap. 1. Genes. homil. 4.

Nec ignarus quidem fuit Philosophiæ, quã- quam eius de caelo, & sideribus sententiam multi vellicarunt, cum dicat homil. 4. in Ge- nesein, vaum tantum caelum esse ης αν ον λοιπόν, ητάλην Ιουάω Ιω διδασκαλίαν ανά- σχαιτο η άπκώς η οίκέτας διανοίας φηέ γγα- δαι βουλομένων, η άπνεαντίας η η δεία γρα- φη πολλούς ούρανοϋς λέγειν επιχείρουωτο. Scio hanc sententiam excusariã D. T. in 1 q. 68. art. 4. quasi hæc à Chrysofotomò contra hæ- reticos quosdam, ac Philosophos dicta sint, qui extra hunc totum sidereum globum, alios sidereos caelos, & mundos esse tradiderunt. Verum Chrysofotomi sententiam sine vilo in- terpretationum flexu nudè acceptam de vno caelo liquido, multi quoque doctissimi viri nunc defendunt.

Alij eius in Geneseos interpretatione sim- plicem quandam dicendi rationem arguunt, quod mirificas illas Origenis deaprias non ha- beat, sed præclarè Chrysofotomum ab istis Cen- soribus vindicat Photius, cum dicit eum, eum ad Mosaiçæ narrationis simplicitatem respex- isset, maluisse, salutaribus documentis consu- lere quam intempestiuus theorijs præter in- fitutum luxuriare.

Quamobrem eadem de causa grauioribus Theologicarum rerum questionibus abstinet, quanquam sublimem quoque eum in huius- modi argumentis fuisse libri de incompre- hensibili Dei natura declarant. quod si quæ-

dam inibi dixerit, quæ videntur Theologorum sententijs repugnare, vt cum in tertio ait, De- um non videri, sed συγκατάθεσιν, minime mi- rum est, si in tanta rerum obscuritate, cum nõ- dum tot ingeniorum, & scholarum lumen ac- cessisset, Patribus nonnunquam aliqua minus accurata exciderint: Quanquam scio à graui- simis viris defendi Chrysofotomum quasi non negarit, Dei essentiam ab Angelis videri, sed ipse satis clarè his verbis, quid sentiret aperuit Καίτοιγε ούκ αυτό άκραιον έρωω το φως, οδδ έ αυτή άκραιονή την ουσίαν, αλλά συ- κατάθεσις ηντά όρώδου. Quanquã non ip- sam meram videbant lucem: sed quæ vide- bant condensus erant (inquit de Angelis) Mox quid sit illa συγκατάθεσις, ne quis dubita- re possit explicat. όταν μή ως έτι ο θεος φά- νηται, αλλά ως δυνάμεω αυτ' δεωρεώ, οι ος τέ έτι ούτως αυτ' ορ δεικνύη, έπωμετρεώ η η όρότων άδενεία η δέψιας την επιδέειν. Quid nomen hoc condensus significat? Cum Deus non vt esse se ostendit, sed quoad videre is potest, qui aspectum eiusmodi meruit, eate- nus ad infirmitatem videntis suam representa- tionem meritur, ac temperat, condensere illum tantisper dicimus, & eiusmodi rem condensum nominamus. Et ibidem τας άνω δυνάμεω άδελτός έτι, ο θεός η ταύτα συγκαταβάων. A superis quoque virtutibus quanquam condensens non cõ- spicitur. Idem asserit Theophylactus in illud Ioannis Deum nemo vidit unquam, & Theo- doretus in dialogo, quod Deus sit immutabi- lis, sed omnium scholarum vox reclamat.

συγκατάθε- σις. apud Chry- sofotomum quid

Popularitas Chrysofotomi.

CAVTV XXXV.

Chrysofotomi præcipua virtus est admira- bilis quædam popularitas sermonis, quam virtute n diximus maximorum oratorum esse, eam quæ si modo perfecta fuerit, ex con- summata eloquentia, prudentia, dexteritate, & felicitate quadam ingenij profluere Eius au- tem perfectionis hæc in Chrysofotomò sunt indicia. Primum suæ orationis mensuram auditorum aures ratus, totum se homi- num

num vilitati quam familiarissime accom-
modat. Itaque abstrusas, & subtiles quaestio-
nes de praedestinatione, Gratia, & libero ar-
bitrio, vel consulto omittit, vel si quid hu-
iusmodi discutiendum, quam commodissime
ad populi captum facit, in moralem sensum
totum ferme se coniicit, & lubecet in istis
quaestionibus expatiatur. *Neminem la di po-
se nisi a se merito, Nolle omnia scire, summam
sapientiam esse. Eleemosynam esse artem omni-
um quaestuosissimam. Melius esse iniuriam pati,
quam inferre. Ignominiam esse huius mundi glo-
riam, Maximum fieri ex miseriis, & calamita-
tibus lucrum. Mortem esse vitam meliorem, & si
quae sunt similia, haec arripit argumenta, haec
inculcat, haec varijs condimentis aspergit, vt
vetera videantur nouitatis quadam gratia re-
floretere.*

Dispositio
uincionum
Christo-
mi.

Dispositio eius duas ferme partes continet,
quarum una est *εὐαγγελικὴ* enarratiua, qua sa-
crarum literarum sensus germane, & apposi-
te explicat: Altera est *ἡθικὴ* quae moralem
dissertationem complectitur, & si res exigat,
adhibet tertiam *πραγματικὴν* qua animi au-
dientium ad doctrinae satus accipiendos pro-
parantur.

Elocutio autem talis est qualem diximus,
non squallida quidem, & strigosa, sed facilis,
moderata, pudica, Ecclesiasticis rebus per-
quam accommodata, non habet sententiarum
argutias, non Poetarum sales, non facetias,
& iocos disertorum, sed affectum paternae
charitatis, & vim quandam ex abdito ferien-
tem.

Multus est autem in figuris popularibus,
quales sunt dialogismi, & percontationes, &
suspensiones. Idcirco crebro repetit. *Quaenam
hoc res est? Quorsum autem ista? Libenter in-
terrogarem eos, qui haec non credunt, & multa
his affinita. Interdum habet aliqua prouerbia
non affectata quidem, sed apposita, eaque fa-
miliaria vt in Matth. 84.*

*Vt, centum viros unum pauperem spoliare
non posse: & homil. 24. in acta, ne quis quidem:
homil. 21. ad Ephesios, si enim Ethnicis tribo-
lares quidam viri, & Canes tribolarem am-
plexi Philosophiam: & hom. 1. de Lazaro, affert
illud quod ait commupe iter etiam iactari in
theatris, Hippodromis, & officinis. Vnum fa-
ctum unum, Duo facta nihil.*

Verum ceteros omnes Ecclesiasticos scrip-
tores similitum crebritate, copia, facilitate
humani animi tractatione, longe superauit,

atque vt pauca ex multis libemus, homil. 42.
ad populum Antiochenum, quomodo animae
curam oporteat habere, homines vult hortari
ad temperantiam canum exemplo, qua arte
hoc facit?

Si quis (inquit) conuiciando nobis dixerit,
Canes, dolemus: nobis autem ipsi ipsi contu-
meliam inferentes non verbo, sed opere: nec
tantum impendentes animae curam, quantam
canibus, nihil graue nos pati existimamus.
Videris quantis sint omnia tenebris plena?
Quod canum curam habeat, ne plus quam
expedit, impleantur, vt veloces sint, vt vena-
tici, dum fame premuntur, & esurie: se vero
non curant ne mergantur in crapulam. Et bruta
quidem temperanter agere docent, ipsi vero
in brutorum feritatem degenerant.

Canum ex-
emplum vt
amplifica-
tur a D.
Chryso-
stomo.

Aenigmata loqueris (inquit) & vbi bruta
temperanter agunt: An quaeso, num tibi vi-
detur opus esse temperantiae, cum canis fami-
moderetur, qui postquam venando aliquid
coeperit a praesenti se continet esca, & appo-
sitam cernens mensam, licet urgente fame,
Dominum expectat?

Homil. 42.
ad Pop. An-
tioch.

Reueremini vosmetipsos, vestros docete
ventres ita philosophari: non est vobis excu-
satio. Cum bruta animaanti tantam inferere
Philosophiam possis, multo magis tibi metipse
non poteris: Quod enim hoc humane sit cure,
non naturae pareat; alioquin omnes hoc habere
canes oportebat, sitis igitur canibus non in-
feriores. Vos me cogitis illinc exemplum sume-
re, nam ex caelestibus quidem oportebat: sed
quoniam si dixeris, vos dicere soletis eos &
magnos esse, & nihil ad vos attingere: propte-
rea dico caelestium nihil. Nam, & si Paulum
commemorauero, statim dicitis eum fuisse
Apostolum, propterea Paulum taceo: si ho-
minem dixeris, dicitis hoc illum potuisse, id-
circo nec hominem refero, sed bestiam, &
bestiam quae hoc a natura non habeat, ne re-
spondeatis quod istud natura, non industria
efficit. Et quod admiratione dignum, volun-
tate fit non canis propria, sed cura tua: Non
quod fatigatus sit, non quod cursu distractus,
non quod proprijs ceperit laboribus computat,
sed his omnibus posthabitis, Domini pre-
ceptum custodit, & ventre superior efficitur:
nec id vlli dubium expectat enim vt laude-
tur, expectat vt maiorem mensam assequatur.
Die itaque tibi metipsum. Canis spe futurae
voluptatis presentem contemnit, tu vero non
vis fu-

H h h h 3

vis futurorum bonorum ſpe præſentia con-
temnere?

Sed ille quidem nouit, quod ſi intempe-
ſtiuè & præterquam Domino uideretur, illum
cibum guſtauerit, & ipſo priuabitur, & de-
mensum non accipiet uerbera pro cibo ſum-
pturus. Tu uero nec hoc intelligere potes: &
quod ex conſuetudine didicit ille, hoc ex ra-
tione tu non perficis.

Vides ut in iſtis ludit miti ut ſolet popu-
laritate, & cum familiariter quidem dicat,
non repit tamen humiliter, ſed non caret ora-
tio ſuis aculeis, ſua uis, ſuis luminibus, ex qui-
bus poſſis Chryſoſtomum agnoſcere. Eſt
præterea maxime popularis in depingenda
ſuis coloribus ciuili uita, ex quo genere eſt
illud quod habet de moleſtijs matrimonij.

*Matrimonij
arumna.*

*De uirgini.
a. 17. to. 62.*

*Huius figu-
ra exempli.*

*ex eo poſſi-
mus aucto-
re libuit af-
ferre, ut no-
taret lectoy,
quam ſagax
in inueni-
do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

*do, quam
ſenſus in
urgendo,
quam ſuſus
in explican-
do, quam to-
ra oratione
vegetus, a-
cor, figura-
tus.*

*Habet hu-
ius quoque
loci inſig-
nem tranſla-
tionem*

*Hugoli. de
nuptijs Car-
nal. c. 2.*

Sed enim ſi placet, his omiſſis, quæ natura
matrimonio tributa ſunt, neque à quoquam
uolente, nolente, uitari poſſunt, in præſentia
perluſtrems. Quænam ea ſunt dolores par-
tus Imò uerò alius orationem repetamus,
quæ matrimonium antecedant, quantum ſas
eſt cognoſcamus. Nam accuratè ſoli experti
callent. Adeſt ſponſaliorum tempus: itaque
protinus cura anceps atque uaria, quem ui-
rum habitura ſit, an obſcurum, an infamem,
an peruicacem, an fallacem, & arrogatè, an
audacem, an zelotypum, an putidum quem-
piam, an bardum, an improbum, an durum,
an imbellem. Hac eam omnia nuptas con-
ſequi non eſt neceſſe. Quippe cum nondum
certum ſit quem ſit ſortitura, ſed adhuc ſpes,
& uota pendeant, animus omnia pauet, ac
formidat, neque horum quicquam eſt quod
non cogitet. Sin dicat aliquis eam expectan-
tem contraria lætari etiam poſſe: ſic habeto
non tam nos bonorum ſpem ſolari, quam
malorum metum augere. Nam bona demuin-
cùm certo ſperantur, uoluptatem pariunt,
mala, ubi uel ſuſpicio ſit, extemplo mentem
concitant ac perturbant. Ut enim mancipia
de futuris heris incerta, animo quieteſcere non
poſſunt: ita uirginum mens, ex quo facta
ſponſio eſt, fluctuantis nauigij ſimilis eſt, pa-
rentibus in dies alios retinentibus, alios exi-
gentibus. Nam heri uictorem procum, hodie
gratia uincit alius, & hunc rurfum exturbat
alius. Quin plerumque in ipſo matrimonij
tanquam limine, qui ſponſus ſperetur, uacuis
manibus diſcedit, puella à parentibus inſpe-
rato cuidam tradita. Nec feminæ ſolum, ſed

uiri acerbis curas habent. In hos namque
perquirere eſt, in illius quæ aſſiduè intus
concluſa tenentur, morem atque formam
quo pacto animaduertas? Atque hæc quide-
m intra ſponſalia. At ubi iam præſto
eſt matrimonij tempus, creſcit ſolitude,
ac uoluptate maior metus eſt, nec ex ipſo
veſpere ingrata, multò expectatione deter-
rior uideatur. Etenim initio lætaram, poſt
contemniſerendum eſt: Cæterum carce-
ribus, ut ſic dicam, eum ſatietas teneat,
ea quando unquam ſuſpici poterit? Neque
hic mihi illud commemoia. Quid uerò
ſi fors lepida ſit? nam nec ſic quidem cura
hac ſoluta, & libera eſt: Multa enim cor-
poris uenultate admodum illuſtres uiros
ſuos capere nequuerunt, quin ſe præte-
rarent, alijs longe ſe inferioribus additi.
Iam cæciam cura expedita, alia rurfum
moleſtia ſuccedit, in dotis penſione, ſo-
cer quippe quaſi det gratis, haud ſane
comiter reddit; tum ſponſus, ut qui to-
tam pecuniam numerari cupiat, cum ue-
recundia exigere cogitur, noua nupta hac
patris tergiverſatione pudeſacta, uirum quo-
uis improbo debitore magis pertimeſcit,
quæ mitto in præſentia. At enim cura hac
ſoluta, continuè aut ſterilitatis metus in-
gruit, aut nimia fecunditatis anxietas
neque horum adhuc quoquam explorato,
utramque in partem iam inde ab initio ti-
metur. Quod ſi breui uerum geſtat, rurfum
cum lætitia terror, nihil eſt enim matrimo-
nij bonorum, timore uacuum: terror, in-
quam, ne abortu incidente, & quod con-
ceptum eſt, intereat, & grauida in extre-
mum diſcrimen ueniat. Sin multum tem-
poris interſit, foemina hiſcere non aude,
quaſi ſit arbitra ipſa pariendi. Porro autem
partus momento impendente, uerum tan-
to iam tempore aſſictatum, dolores diſrum-
punt ac diuellunt: qui uel ſoli omnem ma-
trimonij uoluptatem, extinguant. Quin &
alia deinceps curæ eam ſollicitant. Ete-
nim miſera, & ærummoſa puella eſt, ſi ue-
hementiſſime hiſ cruciaribus diſtenta, nihi-
lo hiſ minus formidat, ne pro perfecto,
& integro, uitioſus atque mutilus infans
prodeat, ne pro mare foemina: Neque enim
hæc eas ſollicitudo lenius tum, quam do-
lores exercet: quæ non modò in quibus
noxam committant, ſed etiam in quibus
abſtat à culpa, in hiſ non minus quam in

illis viros metuans: in eaque tempestate salutis suae studio omisso, ne quid viro accidat ingratum, verentur: iam edito in lucem infante, ac post primos statim vagitus, aliae rursus cura excipiunt, incolumitatis atque educationis. Si indole est liberali, & ad virtutem comparata, iterum in metu parentes, ne quid sinistrae partatur, ne immatura morte obeat, ne in vitium aliquod degeneret. Nam non solum ex improbis probi, sed etiam ex probis improbi ac flagitiosi fiunt. Quorum si quid eueniat inuitum, intolerabilius malum est, quam si haec ab initio contigissent. Sin omnia in eo praecelata, fixaque permanent, num mutationis timor assidue praesto est parentum animos versans, magnamque voluptatis partem eripiens. At non omnibus maritis fas est liberos habere, itaque mihi aliam rursus anxietatis causam narras. Quare si & susceptis liberis ac non susceptis, & probis ac flagitiosis, varijs doloribus atque curis continentur, vade iam porro suauissimam coniugum vitam vocabimus. Iam si domestici concordem vitam exigant, formido erit, ne irruens mors voluptatem dissipet. Imò vero non formido erit, neque id malum duntaxat metuendum fuerit, sed omnino necessitas erit aliquando euenire. Nemo enim poterit utrumque extinctum vno die ostendere. Quod si non contingat, quod superest, necessitas erit vel morte acerbioram vitam sustinere, seu diu eam ea consensu, seu parum. Nam ille quo magis periculum fecit, eo maiorem habet dolorem, longa quippe consuetudo intolerabile dissidium facit: hic priusquam amorem delibauerit, feruente adhuc desiderio, ea spoliatus, id ipsum vehementius luget, atque ex contrarijs causis eadem vterque miseria tenetur.

Quid iam dicam quae interim incidunt molestias, diuturnas peregrinationes, angores, & angoribus coniunctos morbos? Quid hoc ad matrimonium (inquit) & quidem certae multae saepe eius causa valetudinem contraxerunt. Iniuria enim affecta, & irritata, partim mœrore, grauem febrem concitauerunt. Ac quantumuis eo praesente nihil eiusmodi patientur, sed facili perpetuo vitantur, peregrè profectioibus in caecala rursus coguntur.

Sed haec omnia missa faciamus, nec vltius matrimonium culpemus:

at non aequè crimen est fugere possit.

Chrysostroni quoque sacrum os post mortem loquentum, & eius mortis gloria.

CAPVT XXXVI.

Sed beatum illud os (dices) inter diuini exilij molestias indignissima morte oppressum conticuit. O fortunata mors, quae ipsi triumphorum fuit principium! Quod enim, amabo, spectaculum toto terrarum orbe sol vniquam vidit illustrius, quam cum sanctissimi viri corpus singulari Theodosij Imperatoris religione Constantinopolim reportatum est: ferebatur pretiosissimum mundi pignus totius urbis vel humeris, vel studijs, & tot ei erant sepulchra, quot hominum pectora, quanquam non sum vltus verbo, quo debui: neque enim ei vllum vniquam sepulchrum fuit, cuius certa fuit semper immortalitas. Redibat ab exilio tamquam ex virtutis suae theatro, pene adhuc viuus & spirans, nondum enim extinctus videbatur ardor oculorum, nondum attrita frontis grauitas, nondum lingua caelo altior plane conticuerat. Totus erat etiam in mortuo Chrysostronus. Et quae antea exulem loca sine lachrymis videre non potuerant, eadem ingenti fenore lacrimae videbant triumphantem, quacumque sacra inferebatur reliquiarum theca, hic inundatiui populorum multitudo, hic incredibiles plausus mortuo, hic populi, hic supplicia, hic suauissimae carminum modulationes, hic residentes florum elegantiae, hic exquisitissimi odores. Interea flammis omnia collucere, quasi caelum suis distinctam sideribus destulisset in terras; Dies, & noctes non tam suis ardere luminibus, quam frequentia cereorum, oppleti vias, omnes vno agmine concurrere, mixtos diuitibus pauperes, iuuenibus senes, pueris matronas, non sexum, non valetudinem retardare quemquam, agrotos ipsos ad hoc spectaculum tanquam ad salutis portum deferri, satis se vixisse existimabat, qui huiusmodi mortuam viderat. At vero postquam ad regiae urbis muros ventum est, Tum procerum naues ornatu cultuque apparatus

senica-

micare, omnes obviam se effundere, sacrum
 depositum quasi de celo missum accipere:
 Imperatorem ipsum dignitas non tenuit,
 quem religio incitavit, Patrem suum, in
 communem, magnæ vobis Genium, docto-
 rem orbis terrarum, religiosi manibus ex-
 cepit, & suo nauigio intulit. O felix nau-
 gium! non egebat remis quod Dei fauor
 impellebat, appulit primum ad viduæ Cal-
 litropes agrum; agrum inquam illum, quæ tanta
 vocis libertate contra inuidiosam Augu-
 stæ potentiam defenderat. Stetit illic quasi
 Patronus in domo clientulæ, ut & beati
 cineres hoc odore iustitiæ, singularisque con-
 stantiæ, quam in eodem loco sacrauerat frue-
 reatur. Exinde in urbem deportatus est curru
 triumphali, qui triumphum adeptus erat
 tanto pulchriorem, quanto maius est superare
 patientia. Vidisses in ipso aditu muros vr-

bis exultantes, gestientes domos, confertos
 pompis, viros, tecta ipsa laborantia, & riden-
 tem ciuitatis faciem, quæ se præ lætitiæ
 minime capiebat. Stetit Augustus, in con-
 spectu omnium amplexus est pheicetrum,
 collachrymauit, orauit, at populus roga-
 bat mortuum, ut relictam sedem conscende-
 ret. Mirum, soluta lingua est, responsum de-
 dit, bene precata est salutem, & pacem quam
 nouerat impertiuit, nec enim mortis tene-
 batur necessitate, ex qua omnes liquidis-
 rem vitam hauserant. Hoc triu-
 phantis eloquentiæ monumen-
 to nihil fuit in textis
 spectabili-
 us.



F I N I S .

INDEX

